

Q. D. B. V.
FAMILIA AVGVSTA
LVCEMBVVGENSIS

EX
MONVMENTIS FIDE DIGNIS
DEMONSTRATA
IN DISPTATIONE CIRCVLARI
PRAESIDE
IO. DAVIDE KOELERO P. P.
HABITA

AB
ABRAHAMO GODEFRIDO FABRO
MECKLENBURGICO
AD D. ~~IVNII ANNO MDCCLXXII.~~



coll. diss. A
83, 31^b

RECUSA
ALTORFII
LITERIS IOD. GVIL. KOHLESII, ACAD. TYPOGR.

28.

a LXIII. 31. 6



Sächs.
Landes-
Bibl.

25

VIRIS

*NOBILISSIMIS MAXIME STRENUIS
AMPLISSIMIS ET PRUDENTISSIMIS*

DNO. GODEFRIDO FABRO

SERENISSIMO PRINCIPI MECKLENBURGICO-
SCHWERINENSI A CONSILIIS CAMERAE

*PATRI SVO OMNIFILIALI AMORE
ET OBSEQUIO AETERNVM COLENDO*

ET

SENATORIBVS REIPUBLICAE
HAMBURGENSIS

BENEMERITISSIMIS

**DNO. IOHANNI IACOBO
FABRO**

PATRVO SVO DEVENERANDO

ET

**DNO. DANIELI STOCK-
FLETH**

AFFINI SVO HONORATISSIMO

VITAM LONGAEVAM ET FELICITATEM PERPETVAM
PRECATUR

ET
OB INNVMERA INGENTIAQVE EORVM
DE SE MERITA
PRAESENTEM DISSERTATIONEM
ACADEMICAM
PRIMUM SVORVM STVDIORVM ACADEMICORVM
SVB EORVM AVSPICHS INSTITVTORVM
FRVCTVM
IN
PVBLICAM OBSERVANTIAE, CVLTVS
ET AMORIS OMNIBVS DEBITI
TESTIFICATIONEM

SACRAM ESSE CVPIIT

ABRAHAMVS GODEFRIDVS FABER
MECKLENBVRGICVS,



PRAEFATIO.



*Q*uo illustrior fuit GENTIS LUCEMBURGICAE nobilitas et claritudo, ex qua tot prodierunt Principes, Duces, Reges, et Imperatores, eo major semper cura summorum Historicorum fuit eandem ab origine sua describere, eiusque propagines ex fide dignis monumentis deducere. Acuit eorum industriam ipsa Principum Lucemburgicorum laudabilis in Genealogia sua consignanda providentia, de qua luculentum in monachi Nussiensis magno chronico Belgico p. 327. habemus testimonium. Refert enim ibi Magister Emundus, qui una cum aliis legatis illustris quondam Antonii, Ducis Lotharingiae, Brabantiae, et Limburgiae ad Wenceslaum Imp. missus fuit, sequentia: Erat Wenceslaus, inquit, bene literatus, congrue loquens Latine, meque postea per manum capiens duxit in aulam, in qua preciosae imagines omnium Ducum Brabantiae et Lucemburgi, usque ad Ducem Iohannem Bra-

ASSER

A

Bra-

Brabantiae, huius nominis Tertium inclusive, sunt depictae, quas praedictus Carolus Imperator, genitor eius inibi depingi fecerat, dixitque ad me suam ille esse genealogiam, et se de progenie Troianorum, et signanter Caroli M. Imp. et inclytae domus Brabantiae descendere, et Imp. Henricum proavum patrum duxisse filiam primi Ioannis, Brabantiae Ducis, ex qua genuerit, avum suum Iohannem Bohemiae et Poloniae Regem. *Recentiori aevoo multum in ordinanda et certatim investiganda Familia Lucemburgica praestiterunt celeberrimi Viri, Io. Bertelius, Nic. Vignierius, ejusque commentator Nic. Georgius Pavillonius, Felix Osius in not. ad Mussatum, Andreas du Chesne, Aub. Miraeus, Oliv. Vredius, David Blondellus, Frid. Lucae, Tolnerus, et novissime excellentissimi Gundlingii, & Dithmarus. Horum vestigiis nos etiam in praesenti opella non solum insistimus, verum etiam non exiguum variarum observationem genealogicarum spicilegium ad confirmandam generationum in hac Augusta familia certitudinem asserimus, ut potiores defectus suppleantur, vulgares errores corrigantur, dubiaque omnia penitus tollantur.*

Faxit Deus feliciter!

ASSER-

TABVLA I.
FAMILIAE AVGVSTAE LVCEMBVRGBENSIS.

- 1.) Sigefridus, Comes, de nobili geneve natus, primis acquirens castelli LVSCILINDBVACH, in pago Mecingowi, super ripam Alfontiae fl. A. 963. Advocatus St. Maximini; occurrit in diplomatibus usque ad A. 993.
2.) Uxor Hadewich, occurrit A. 964. 993. Ambo sepulti ad altare St. Clementis in monasterio St. Maximini Trevir.

3.) Henricus Senior, Comes Ardennensis, Advocatus St. Maximini, Dux Bavariae A. 1004. ob rebell. depositus A. 1008. sed restitutus A. 1017. †. An. 1027. sep. in Osterhofen.	4.) Adalbero, Praepositus in monast. St. Paulini Trevir. affertat sedem ibidem episcopalem A. 1008.	5.) Deodericus, Episcopus Metensis, A. 1004. †. 1047.	6.) Fridericus, Comes, fl. A. 1008. †. A. 1019. Uxor 7.) Filia Remytrudis eiusdam,	8.) Gifilbertus, †. Papiac ex vulnere A. 1005. Paderbornae d. 10. Aug. A. 1002. Romae d. 24. Febr. A. 1014. Monialis Confugiensis A. 1025. †. d. 3. Mart. A. 1040. sep. Bamberg. Canonisata A. 1201. Maritus S. HENRICVS Dux Bavariae A. 995. Rex Germaniae et Imperator electus d. 6. Iun. A. 1002. †. d. 13. Iul. A. 1024. sep. Bamberg. Canonisatus A. 1152.	9.) S. CVNEGUNDIS, Imperatrix, nat. d. 3. Mart. coronata 10.) Luidgarda.	11.) Anonyma Iutta Abbatissa Confugiensis prima	12.) Anonyma. Uxor Gerhardi C. Alsatiae fl. 1013. Sigfridus †. 1011.
--	--	---	--	---	--	---	--

13.) Henricus Iunior Advocatus St. Maximini in chartis A. 1025. et 26. Dux Bavariae A. 1042. †. A. 1047. sep. Treviris.	14.) Iuitha sive Irmentrud, Maritus Guelfo II. Comes in Suevia, et Pater Cunizae quae nupsit Azoni II. Marchioni in Longobardis †. 1097. Satori Familiae Guelficae posterioris, ex qua descendunt Duces Brunsvico - Lancburgici et Atestini Duces Ferravienses et Mutinenses,	15.) Adalbero, Episcopus Metensis A. 1047.	16.) Fridericus Dux Lotbaringorum A. 1046. †. A. 1065. Uxores 17.) I. Gerberga, F. Eustachii C. Bononiensis et Matbildis Lovaniens. 18.) II. Raclendis.	19.) Otgina sive Otgiva fl. 974. Maritus 20.) Balduinus IV. cum pulchra Barba; C. Flandriae †. 1029. sep. Gandav. ap. St. Petr.	10.) Theodorus, Gifilbertus videatur TABVLA II.
---	--	---	---	---	--

ALPHABETICALLY ARRANGED


... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..



ASSERTIONES

TABULAE GENEALOGICAE I.

IN

FAMILIA AVGVSTA LVCEM-
BVRGENSI.

Nota:

*Numeri praepositi designant personas in tabulis
occurrentes.*

1.) **I**N charta concambii facti inter monasterium St. Maximini Trevirensis et Sigefridum Comitem in Mirai Notitia Eccles. Belgii c. 61. du Cheine probat. Hist. Genealog. Familiar. Droc. Barr. Luxenburg. Limburg. et Bleffiaccensis p. 4. Tolneri addit. ad Hist. Palat. p. 119. Notum sit omnibus -- quod Sigefridus Comes de nobili genere natus, castellum, quod dicitur Lusculinburch, quod in proprietatem desiderans adipisci, perrexit ad Dominum Balduinum Archi-Episcopum, fratrem videlicet Imperatoris Ottonis, qui tunc principatum totius regni post ipsum tenebat, eique desiderium suum manifestavit. Cujus scilicet Archi-Episcopi accepto consilio et impetrata licentia ab eo venit ad Abbatem Wikerum, et ad reliquos St. Maximini monachos, in quorum praedio idem castellum fuerat positum, petens, ut ei liceret cum suo allodio illud commutare, quod Abbas libenter una cum fratribus consentiens placuit -- Facta est hujus chartae conscriptio An. Dom. Incarnat. 963. Indict. VI. regni Ottonis patris sui principatum tementis II.

Eundem Advocatum St. Maximini fuisse ex subscriptione variorum diplomatum probat Nicolaus Zillesius in defensione Monaster. St. Maximini c. 3. atque ex regia donatione abbatiam Epternacensem St. Willebrordi pro beneficio suscepisse, eam-
que

que per multos annos potestative direxisse ex ipsius diplomate de A. 997. demonstrat Bertelius in *hist. Luxemburgensi* p. 24.

2.) In traditione quorundam bonorum monasterio St. Maximini in du Chesne l. c. p. 5. et Tolnero p. 121. *Ego Sigefridus Comes cum conjugē meā Hadewich -- ob remedium animarum nostrarum liberorumque nostrorum superstitum videlicet seu defunctorum tradimus -- in valle Alsumtiensi, in villa Marisch, in comitatu Ardennensi, regimini filii nostri Henrici Comitis subjacenti, unum videlicet mansum Nivelungi -- altari S. Clementis in eodem monasterio posito, ubi corpora nostra extremi examinis diem expectabunt. -- Ea scilicet ratione, ut ego et conjux mea Hadewich usque ad terminum vitae nostrae idem praedium in usum nostrum possideamus. -- Me Sigefrido Comite cum conjugē meā Hadewich tradente. -- Anno Dom. Incarn. 993, regno Ottonis III. Indict. VI.*

3.) In traditione terrae arabilis ad altare S. Petri in civitate Trevirensi II. cc. *Ego Sigefridus tamen Comes indignus -- et conjux mea Hadeswich, filiusque noster Henricus omnibus vitae nostrae diebus quiete teneamus. Actum Treviris -- xv Kal. Oct. Ann. Dom. Inc. 964. -- conf. diploma in numero antecedenti.*

In literis Volcmari abbatis St. Maximini ap. du Chesne p. 8. *Volcmarus DEI gratia Abbas noverit -- quod religiosa Domina Bertha -- et per semetipsam e per strenuissimos nuncios -- et Comitem Henricum, Monasterii nostri Advocatum -- Acta haec est traditio -- Ann. Dom. Incarn. 996.*

Adelboldus c. 32. ap. Leibnit T. I. p. 376. -- Henricus Rex -- in Bavariam venit. Ibi Heinrico-Fratri Reginae in festivitate S. Benedicti Ducatum Bavariensem concessit.

Hermannus Contractus Canisianus ad an. 1008. p. 578. Henricus Baiariae Ducatu privatur.

Ditmarus restitutus lib. VII. ad A. 1017, p. 416. dilectum sibi locum Bavenberg visitat. Ibi tunc mense Decembri Henricum

cum

ricum etiam quondam Bavariorum Ducem, et tunc octo annos et pene tot menses, sua depositum culpa pristinis Imperator restituit honoribus.

Chronographus Saxo ad a. 1027. p. 240. Rex = nativitatem B. Iohannis Baptistae Imbripoli celebravit, ubi defuncto in bona senectute Henrico, Duce Bavariorum, filio suo Henrico eundem ducatum Principum delectu commendavit. Sepulcrum testatur Aventinus V, 5, 26. p. 489.

4.) Golscherus in gestis Treverorum c. 46. p. 66. Lutholdo pontificante praefuit in monasterio St. Paulini Praepositus nomine Adelbero de Luczelenburg ortus, vir potens et dives, habens castella haec: Sarburc, Berencastel et Rutich. -- Lutholdo defuncto, ea fiducia, quod soror sua Henrico claudio Imp. nupta, invasit episcopatum. Eadem dicuntur in Vita Meinoverci c. 41. ap. Leibnit. T. I. p. 541.

Ditmarus restitutus lib. VI. p. 384. Mortuo Trevirensis ecclesiae Archi-Episcopo venerabili Luidolfo, Adelbero, frater Reginae, et immaturus juvenis, plus timore Regis, quam amore religionis eligitur.

Albericus P. II. ad a. 1005. p. 42. Dicitur Rex Henricus Alemanniae Meingauda Praeposito Ecclesiae Moguntinae, Archi-Episcopatum Trev. dedit, contra quem Adalbero de Luzelburch, frater uxoris ejusdem Henrici, Praepositus S. Pauli, episcopatum invadit.

5.) Sigebertus Gemblacensis ad a. 1004. Deodericus, Metensium Episcopus, dolens dotem et patrimonium sororis suae Cunigundis Imperatricis delegari ab Imperatore ecclesiae Babenbergenfi, rebellat, et ad a. 1009. Henricus Imp. Metim urbem obsidet, propter Deodericum fratrem uxoris suae contra se rebellantem, qui episcopatum ipsius urbis usurpaverat. Dux enim Mosellanorum Deodericus, post fratrem suum Alberonem, dato Episcopatu Metensium filio suo adhuc puero, tutorem ei substituit.

stituit ipsum Deodoricum, qui puero urbe excluso, et episcopatu usurpato, ipsum etiam Deodericum Ducem bello cepit.

Albericus ad a. 1004. Theodoricus, Metensis Episcopus, natus de Lucelborc. Reliqua consonant verbis Sigeberti.

Ditmarus lib. VI. 388. Thiedricus, Metensis Episcopus, et Dux Henricus frater ejus, cum ceteris conspiratoribus magnam Regi, et suis familiaribus molestiam inferens.

6.) Hermannus Contractus Canisianus ad a. 1008. p. 578. Luitolfo, viro docto, Treverensi Archi-Ep. defuncto, Megingaudus pro eo Archi-Ep. promovetur, sed Adalbero clericus, Reginae Cunigundis germanus, quibusdam faventibus ad Archi-episcopatum, quasi ex regio promisso sibi debitum, aditus, Treverense palatium presidii occupat, et jam cum fratribus suis, Theodorico Metensi Episcopo, et Henrico Baioariae Duce, Fridericoque Comite adnitente, etiam cum aliis multis Gerharde item Comite, contra Regem rebellavit.

Chronicon Quedlinburgense ad a. 1019. T. II Leibnit. p. 291. Hoc ipso anno Fridericus frater Cunigundae Imperatricis defunctus est.

Hunc omnes scriptores genealogiae Luxenburgicae praetermiserunt; solus sagacissimus Quercetanus eum animadvertit, et suo loco reposuit.

7.) Berta monialis in vita St. Adelaidis Virg. Badessae in Actis SS. Bollandinis die v. Febr. c. 8. p. 55. dicit, natas esse ex Gerberga et Megingaudo Comite, parentibus Adelaidis duas alias filias, quae ambae et maritali potentia, et omnium bonorum et divitiarum illustres extiterunt affluentia. Ex quibus una nomine Remyntutis, avia erat Henrici magnifici Ducis, et Adelveronis, Metensis Episcopi, et Friderici Ducis, fratrumque suorum, magnorum scilicet hujus temporis virorum.

8.) Ditmarus lib. VI. p. 377. de tumultu Papiensi loquens pergit; ibi tum quidam egregius juvenis Gisilbertus nomine, frater Reginae, a Longobardis vulneratus, oppetit.

Adel

Adelboldus in vita Henrici S. Imp. c. 39. p. 439. Tunc juvenis quidam, frater Reginae, Gislebertus nomine, à Longobardis vulneratur, pro cuius lethali vulnere Theutonici irritantur.

9.) Literae Henrici S. Imp. de erecto abs se episcopatu Bambergensi in vita eiusdem a Gretsero editae c. XV. Henricus divina praecordinante clementia Rex -- patere volumus omnium fidelium universitati, quod quendam -- locum Babenberg dictum, in sedem et culmen episcopatus proveximus -- dilectae conjugis nostrae Chunegundae voluntate. -- ut praefati canonici -- nostri benigne memores apud Deum ac dilectissimae coniugis nostrae atque consortis regni Chunegundae.

Natalem indicat additio in Vsuardi martyrologio opera Io. Molani, 1568. in 8. edito.

Adelbodus in vita Henrici c. XI. p. 433. Regi a Saxonia in regnum Lothariense properanti Gruonae occurrit uxor sua Domina Chunigunda nomine jam extans, sed re cito regina futura. Inde enim Paderbornam veniens in festo St. Laurentii acclamatur, benedicitur, coronatur, et fit Kunigunda Kuninga, quod latine interpretari potest Regia, Regina.

Ditmarus Lib. VII. p. 400. A. 1014. die Dominica ac VI. Cal. Martii Henricus -- Rex -- cum dilecta suimet conjugē Cunegunda ad ecclesiam St. Petri Papa expectante venit -- et tunc ab eodem inunctionem et coronam cum contectali sua suscepit.

De sumto religioso habitu a Cunigunda post obitum mariti vid. Vitae Gretserianae ejusdem c. IX.

Marianus Scotus Lib. III. Chron. p. 450. A. 1038. Coniugund imperatrix obiit V. Nonis Martii, et Spirae sepelitur. Controvertitur de anno emortuali Cunigundae. Lambertus Schaffnaburgensis et Annalista Hildesheimensis eundem retrahunt in A. 1033. Commentarius Papebrochianus de S. Cunigunda §. 27. constituit A. 1040. nixus testimonio constanti Aetorum

Etorum

Etorum hujus Imperatricis, quæ tradunt, eandem in monasterio Confugiensi supervixisse quindecim annos. Ad hunc numerum ergo proxime accedit Marianus Scotus, in sepultura vero aberat. Annales Hildesheimenses vero in die dicto conveniunt.

Bullam Canonizationis Cunegundæ exhibet Gretserus in *Divis Bamberg. p. 424.* Surius *d. 3, Mart. p. 46.* Mabillonius *Seculo VI. Benedictino P. I. p. 467.* Ludwig in *Script. Bambergensibus p. 785.*

10.) Ditmarus lib. VI. p. 380. *Fresones Rex navali exercitu adiens ab incepta contumelia desistere, et magnum zelum Luidgardæ sororis Reginae placare coepit.*

11.) Nonnosius in vita S. Cunegundis §. 9. in *Sec. VI. Benedict. P. I. p. 459,* *Cunigundis habuit secum sororis suae filiam, Iuttam nomine. Hanc a primis annis educatum omni disciplina secularium quoque literarum scientia instruxerat. Hac materteram non minus religionis, quam dilectionis amore secuta et consecrata fuit. -- Hanc primam in ipso coenobio Abbatissam praefecit.*

12.) Ditmarus lib. V. p. 369. Gerhardus Comes Alsatiae, et lib. VII. p. 415. *His quoque adjiciam mortiferum Godefridi Ducis (Lotharingiae) et Gerardi Comitis (Alsatiae) congressum. -- Capti sunt autem tunc ex parte senioris sui Sigfridus, ejusdem filius, nepos autem Imperatricis nostrae.*

13.) Traditio prædii ap. du Chesnel. c. p. 17. -- *Notum sit omnibus -- quod Dominus meus vir Udilo mihi Friderundi vel filiabus ab ipso conceptis firmiter habendum tradidit prædium, Bibera dictum, situm in pago Musolechgovve, in Comitatu vero Henrici, Filii Friderici -- Actum publice V. Kal. Febr. A. D. 1025. Anno vero Domini Conradi Regis II.*

Inter Duces Bavariae cum post Henricum Ducem, filium Conradi Salici Imp. fide annalium Althensium merito restitunt Brunnerus T. II. annal. Boic. lib. IX. p. 865. & Adlzreitter Part. I. Hist. Bavaric. lib. XVII. 5.

Herman-

Hermannus Contr. Canisii ad a. 1047. p. 595. *Ipsis quoque diebus Baioariae Dux Henricus defunctus Treveris sepelitur.*

14.) Weingartensis monachus in hist. de Gvelfis n 5. p. 783. *Guelfo supra nominatus, Rudolphi hujus filius, uxorem duxit de gente Salica, de castro Luzburg, Iuitham nomine, sororem Henrici, Ducis Noricorum, et Friderici Ducis Lotharingorum, et Adilberonis Episcopi Metensis.*

Anonymus in vita St. Altonis in actis SS. Ord. Benedict. Sec. III. P. II. p. 217. eandem alio nomine indigitat his verbis: *Eadem vero Itha defuncta, ibique quo decreverat sepulta, defuncto quoque viro Rodulfo scilicet, et filioque ejus Catulo praedicto, veneranda matrona Irmentrud dicta, parentibus nobilissimis orta, scilicet Catuli ejusdem per annos jam multos vidua.*

15.) Wibertus in vita St. Leonis, quae extat in Actis SS. Bollandinis d. 19. April. *Adalbero, Episcopus Metensis, Hezilonis Ducis Germanus, Frederici eximii Principis natus.*

Charta in Miræi codice donat. c. 54. *Ego Adelbero successor Theoderici et cognatione, et ordine.*

Hermannus Contr. ad. An. 1047. p. 594. *Quo tempore Welf Comitem Svevigenam, Welf dudum Comitis filium, Carentani Ducem promovit, Avunculum quoque ejus Adalberonem, Ducis videlicet Henrici et Friderici fratrem, Metensis ecclesiae Episcopum, post Theodoricum nuper defunctum constituit.*

Sigebertus ad A. 1047. p. 152. *Deoderico Metensium Episcopo defuncto succedit Adelbero patruelis ejus, vir magnae prudentiae et sanctitatis.*

16.) Hermannus Contr. ad A. 1046. *Fridericus, frater Henrici Ducis Baioariae, Dux Lotharingorum pro Gotbefridi fratre ignavo Gozzilone constituitur.*

Sigebertus Gemblac. ad A. 1048: *Albertus, qui Ducatum Mosellanorum Godefrido negatum, susceperat, a Godefrido perimitur, Ducatum ejus Gerardus de Alsatia, alterum vero Fridericus*

B

ricus

ricus obtinet. Et ad A. 1065. Friderico Duce mortuo Godefridus Ducatum recepit.

Conf. testimonium monachi Weingartensis in numero praecedente 14.

17.) De hac testatur iisdem verbis Genealogia Arnulfi.

18.) Albericus ad A. 1065. *Frederico Duce mortuo Godefridus Ducatum suum recepit. Hujus Frederici relictam nomine Raclendem duxit Comes Namurcensis Albertus, et genuit ex ea Godefridum.*

19.) Ex fide Genealogiae Arnulfi.

20.) Aegidius de Roya in annalibus Belgicis ad A. 972. p. 8. *Balduinus pulchra barba, Comes Flandriae, de filia Gisleberti Comitis Lucemburgensis genuit Balduinum Pium, cuius matris fratres erant Albero Metensis Episcopus, Federicus Dux Lotharingiae, Henricus Dux Baioariae, Gislebertus Comes Salmis, Theodorus, qui post fuit Dux Lucemburgiae et Comes Namurcensis. Idem p. 17. An. Dom. 974. Balduinus cognomento pulchra barba, Filius Arnulphi Comitis Flandriae, uxorem ducit Ogniam sororem Friderici Ducis Brabantiae, filiam Giseleberti olim Ducis, de qua genuit Balduinum Pium. Et p. 18. An. Dom. 1029. Balduinus C. Flandriae, cognomento Pulchra Barba moritur. -- Eius Epitaphium in Gandava ap. St. Petrum tale est. -- -- Fratres Otginae testantur mendum esse in nomine patris ejusdem, qui Fridericus dicendus erat.*

Charta ex archivo S. Bavonis-Gandav. allata a Vredio in T. 1. probat. *Genealog. Comit. Flandr. p. 14. Dominae nostrae Otginae Comitissae Lithelbodus, gratia Dei Abbas -- locum sanctum respicite, et nostri misereamini, ut Dominum Nostrum Balduinum, et vos, et liberos vestros, et regnum vestrum Dominus noster -- respiciat.*

21.) Videatur testimonium Aegidii de Roya paulo ante allatum.

ASSER-

TABVLA II.
FAMILIAE AVGVSTAE LVCEMBVRGBENSIS.

ad p. 11.

1.) Gifelbertus, Comes de Castello Lucelemburg et de Salmis, et Advocatus St. Maximini, F. Friderici Comitis in TAB. I. vixit A. 1056.

2.) HERMANNVS de Luzilunburg,
Rex Teutonicus electus ante fest. St. Laurentii A. 1081. †. 1088.

Uxor

3.) Adelheidis sive Adela, F. Ottonis de Orlamunda, Marchionis Misnia,
ex Adela Lovaniensi.

4.) et Vidua Alberti III. C. de Ballenstede. †. A. 1076.

5.) ac post obitum Hermanni Regis Uxor Henrici, Comitis Palatini Rheni
et Domini de Lacu A. 1097. qui †. A. 1095.

Ipsa mortua †. A. 1100. sep. in coenobio Epternacensi.

6.) Anonyma

Theodoricus,

Uxor

Amulrada.

Conradus.

Videatur

TABVLA III.

7.) Otto I. Comes de Rinecke †. 1131. 1146.

Uxor

Gertrudis

10.) Otto II. Comes de Rineka et de Benthem
vixit A. 1146. †. 1158.

11.) Sophia

nupta jam A. 1144. †. in Ierusalem d. 26. Sept. A. 1176.
ibidem ad hospitale Theutonicorum tumulata.

Maritus.

Theodoricus IV. Com. Hollandiae et Zelandiae,
et Dominus Frisiae, ab A. 1121. †. 1157.

8.) Hermannus, Comes de Salmis, vixit A. 1131.

Uxor

9.) Soror Theodorici, Com. de Montebeliardi.

19.) Henricus, Comes Salmensis,
vixit 1151. -- 1189.

Uxor

Iuditha Lotharinga

Propagator

FAMILIAE SALMENSIS
illustrissimae.

20.) Theodoricus

Abbas St. Pauli
Virdunensis,

12.) Florentinus III. C. Hollandiae et Zelandiae,
ab A. 1157. †. A. 1190. Antiochia et ibid. sepult.

Uxor

Ada, F. Henrici C. Huntindoniae, et soror Milocumbi IV.
et Wilhelmi Regg. Scotiae. †. d. 11. Ian. A. 1201.
sep. in monasterio Middelburgensi.

13.) Otto de Hollandia,

COMES DE BENTHEM, post mortem avunculi;

cujus abneptis Hedwigis, Comitatum Benthemii

attulit Eberwino Dn. de Gutterswick,

a quo FAMILIA hodierna COMITVM DE BENTHEIM
provenit.

14.) Theodoricus IV. C. Hollandiae,
ab A. 1190. †. d. 4. Nov. A. 1203.

Uxor

Adelheidis, F. Theodorici, C. Cliviz.

15.) Wilhelmus de Hollandia, Comes Frisiae Orientalis, A. 1196. Comes Hollandiae A. 1204. †. d. 4. Febr. A. 1222. sepult. in monasterio Reysburg.

Uxores:

I. Adelheidis, F. Ottonis, C. Geldriae nupta A. 1197. †. d. 11. Febr. A. 1218. sep. in Reysburg.

II. Maria, F. Edmundi, D. Lancastriae.

16.) Florentinus IV. C. Hollandiae ab 1222. †. 19. Jul. A. 1233. in torneamento, sep. in Reysburg.

Uxor: Mathildis, F. Henrici I. D. Brabantiae. †. d. 22. Dec. A. 1267. sep. in monast. Haudunensi.

17.) WILHELMVS, C. Hollandiae et Zelandiae, nat. A. 1227. Rex. Romanorum electus in die St. Michaelis A. 1247. caeditur a Frisii d. 28. Febr. A. 1255. sep. in monasterio Middelburgensi.

18.) Uxor: Elyfabeth, F. Ottonis, D. de Brunswich, duca A. 1251. †. 1252. tumulata in Burgensi monasterio.

CHRISTIANI BAPTISTARUM

1) Christiani, Comiti de...
 2) Christiani, Comiti de...
 3) Christiani, Comiti de...
 4) Christiani, Comiti de...
 5) Christiani, Comiti de...
 6) Christiani, Comiti de...
 7) Christiani, Comiti de...
 8) Christiani, Comiti de...
 9) Christiani, Comiti de...
 10) Christiani, Comiti de...
 11) Christiani, Comiti de...
 12) Christiani, Comiti de...
 13) Christiani, Comiti de...
 14) Christiani, Comiti de...
 15) Christiani, Comiti de...
 16) Christiani, Comiti de...
 17) Christiani, Comiti de...
 18) Christiani, Comiti de...

ASSERTIONES

TABVLAE II.

- I. **R**espiciatur locus ex Aegidio de Roya annalibus Belgic. ad A. 972. in assertionibus Tabulae I. n. 20. productus.

Golscherus in gestis Treverorum c. LII. p. 76. *Popone in praelibati itineris negotio occupato, nec dum reverso Gislebertus quidam Comes de castello Lucelemburg nominato, cum filio suo Conrado, non aliter quam solet lupus in oves insanire, si quando contigerit pastorem deesse, alius hoc, alius illud sibi vendicare, ille quascunque capere, iste autem depraedari, sicque mala inenarrabilia non cessabat perpetrare.*

Charta Henrici Imp. qua interuentu coniectalis Agnetis et filii Henrici IV. Regis ordinat de Advocatione monasterii St. Maximini inter abbatem Theodoricum et *Advocatum Gislebertum* Anno 1056. in *du Chesne* probat. *Luxemb. P. I. c. 4. p. 26.*

2.) Burckhardus in libro de casibus monasterii S. Galli in Alemannia c. VII. p. 121. *Rege Rudolfo in Saxonia occiso et Merispurg. sepulto, Hermannus de Luxilunburg ab Alamannis Rex constituitur.*

Bertoldus Constantiensis ad A. 1081. p. 350. *Eodem tempore principes regni Teutonicorum, scilicet Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites conventu facto, Hermannum, nobilem virum, sibi in regem elegerunt — — Electus est autem ante festum St. Laurentii. Et ad A. 1082. Hermannus Rex natiuitatem Domini gloriosissime celebravit Goslare. Ibi etiam in festo Stephani, eo quod patronus ejus fuerit, regiae dignitatis unctionem, principibus regni annitentibus, ab episcopis solenniter accepit. A. ad 1086. p. 356. Conradus Comes, frater Heremanni Regis, sed indefessus fautor Henrici, in fine tamen, ut ajunt, reconciliatus ecclesiae, in Hierosolymitano itinere obiit.*

Et ad A. 1088. *Saxones a fidelitate S. Petri discedentes Heinricum, quem multoties abjuraverant, receperunt. Vnde Hermannus Rex Catholicus ab eis in Lotharingiam secessit, ibique non multo post viam universae terrae arripuit anno Dom. incarn. 1088. regni vero ejus VII. Indictione XII. et in patria sua Metis honorifice sepelitur.*

Chronicon Magdeburgense ad A. 1086. ap. Meibom. T. II. p. 319. *Eodem anno Hermannus Rex nomen regium deponit, ac statim a suis hominibus in obsidione castri sui Lintberg interficitur.*

3.) Waltramus Naumburgensis in apologia Henrici IV. ap. Freher. T. I. p. 200: *Intererat huic conventui in Quidilingeburg Rex Saxonum Herimannus, cui ne apud suos quidem tribuebatur honos regius, a quo tunc et alius Synodi cepit tractatus. Nam memoratus Otto Episcopus Ostiensis Ecclesiae, sub specie legati sedis Apostolicae adductus, audiens ego, inquit, quod Rex vester legitimum non habeat conjugium, sed ex consanguinitate sociatum, judico inter eum et uxorem ejus fieri divorcium. Hujus judicii sententiam, quum non approbassent assidentes Episcopi, dicentes agenda hujus rei tempus tunc non esse.*

Browerus Annal. Trev. lib. XII. §. 120. p. 572. *Ad hunc annum 1099. quoque revocant donationem Adelheitae, Palatinae Comitis, Lintburgensis ecclesiae documenta, qua ex priore marito Hermanno Sigefridum filium suscepisse videtur. Nam Lintburgi ipsa degens, volente et praesente Sigefrido filio, clericis S. Georgio Canonice famulantibus, Manegoldi Cappellani sui beneficium, quod in villis Muda et Bisena, sex mansorum descriptione patebat, ob animae suae salutem, et Hermannii conjugis perpetuam redemptionem elargita est.*

Conferatur diploma Henrici Comitis Palatini Rheni n. 5.

4.) Annalista Saxo MSSus celeberrimi Eccardi ad a. 1062. *Habuit Otto Marchio uxorem nomine Adelam de Brabantia ex castello, quod Lovene dicitur, quae peperit ei tres filias, Odam, Cun-*

Cunigundam, Adelheidem. Adelheidis vero conjuncta fuit Adalberto Comiti de Ballenstide, quem Egeno junior de Conrades -- interfecit, qui Adalbertus genuit ex ea Ottonem Comitem et Sigefridum Palatinum Comitem. Idem ad a. 1160. Adela sive Adelheidis Palatina Romam pergens defuncta est. Haec et soror ejus Cunigunda filia erant Adhela Marchionissa ex Ottone Marchione.

Litterae foundationis Sigefridi monasterii ad Lacum in Tolneri codice diplomat. Palat. n. 38. p. 33. *Ego Sigefridus, gratia Dei Comes Palatinus, notum esse volo - Praedecessor et Dominus meus Henricus, Comes Palatinus, exhortante uxore sua Adelheide, matre mea praedictam ecclesiam aedificare cupiens.*

5.) Fundatio Henrici, Comitis Palatini Rheni, monasterii ad Lacum in Tolneri codice Palat. dipl. n. XXXVII. p. 32. *Ego Henricus, Comes Palatinus Rheni et Dominus de Lacu. notum facio. quod cum absque liberis essem, annuente et cooperante uxore mea Adleide pro remedio -- Advocatum vero non alium -- sive ex privignis meis -- providerint -- Acta sunt haec A. Incarn. Domini 1093. Indictione prima -- Hujus Constitutionis testes sunt Dominus meus Hielbertus Trever. Archi-Episc. Sigefridus Privignus meus. Henricus Dux de Lembergh, Wilhelmus Comes de Luzelenburg, cognati mei. --*

6.) Excerptum de familia et actis Clementis II. Papae ex annalibus Sec. XII. in Saxonia scriptis nondum editis in Leibnitii T. I. Script. Brunsv. p. 577. *Hanc Amulradam prius duxit uxorem Ekbertus de Hertbike et Mesburge -- et defuncto Ekberto accepit Theodoricus, filius sororis Herimanni Regis.*

7.) Marianus Scotus ad a. 1082. *Catholici per Saxoniam constituti ex constantia Domini Apostolici roborati constituerunt super se regem Hermannum. Iste Hermannus fuit Lotharingus, vir sapiens, modestia, genere & fortitudine insignis. Ipsius filius erat Otho, Palatinus comes de Rinecke.*

De ejus uxore Gertrude vide testimonium Monachi Egmondani n. 10. p. 15.

B 3

8.) In

8.) In literis Lotharii III. Rom. Regis pro Abbatia Epternacensi in du Chesne probat. Luxemburgic. p. 48. *Huic negotio interfuere ex laicis Wilhelmus Palatinus Comes, Conradus Comes de Lucelemburg. Comes Otto de Rineke fraterque suus de Salmis Hermannus Comes, Comes Reginoldus de Montzum et alii. Datum IX. Cal. Maji anno incarnationis Domini 1131. Indictione IX. anno vero regno Lotharii tertii Dei gratia Romanorum regis serenissimi sexto. Actum Treveris feliciter. Amen.*

9.) Albericus ad 1158. p. 332. *Hic nota, quod Episcopus Metensis Stephanus — tres habuit fratres Comites, Theodericum de Montebeliardi, Fredericum de Ferretes, patrem Comitis Ludovici, & Rainaldum Strabum, Comitem de Barro Ducis, patrem predicti Episcopi Metensis Theodorici et Comitis Rainaldi. Quatuor isti fratres sororem habuerunt, quae Comiti Hermano de Salmis peperit Henricum de Salmis, et fratrem ejus Theodericum, Abbatem S. Pauli Virdunensis.*

10. In confirmatione privilegiorum ecclesiae Camaracensis ap. du Chesne p. 44. Conradi II. Romanor. Regis ex archivis ecclesiae Cameracensis *Testes, Hermannus Comes Palatinus de Rheno, Otto Comes de Rineka, et filius ejus Otto, Ludovicus Comes de Los et alii Anno Domini incarnationis 1146. Indictione VIII. tertio Kal. Januarii.*

Jo. a Leydis lib. XVII. c. 13. *Isdem diebus Ottho Comes de Benthem, Filius Otthonis de Reymege Comitis Palatini, frater Sophiae Comitissae Hollandiae, Trentam devastare studuit — et c. 15. Tempore quidem medico dehinc elapso antedictus Otto Palatinus, vir nimis venustatis ab Hermanno Comite de Staevvyck indigna morte peremptus est; Quo sepulto Ottho de Hollandia, filius Comitissae Hollandiae sororis suae, et Theodorici Comitis Hollandiae secundo genitus, Comitatum de Benthem jure hereditario suscipiens, Comes de Benthem effectus est.*

Mona-

Monachus Egmondanus Andr. Schotti ad a. 1144. ap Svvertium p. 358. *Palatinus item Comes Otho de Kinerke, filius Othonis et Gertrudis Comitisse, frater Comitisse Sophie Hollandensis fines ecclesie Traiectensis invadere et devastare solitus erat -- Otho Comes de Beke cum aliis gladio corrui, Palatinus etiam captus et a suis derelictus. Quidam cum vellent eum occidere, ab ipso defensus, et incolumis servatus, ductusque Traiectum, in captivitate lenissima per tempus detentus liber exiit, cum promississet Ecclesie S. Martini se ulterius non nociturum.*

Magnum Chronic. Belgicum ad a. 1138. p. 166. *Idem Pontifex Traiectensis Hardebertus Ottonem Palatinum amore Theoderici Comitis e carcere relaxavit, et ipse Palatinus castrum suum de Benthem B. Martino tradens, in feudum ab Episcopo recepit. Sed paulo post dictus Palatinus, vir mirae venustatis ab Hermanno Comite de Stalick indigna morte peremptus est, et Otto de Hollandia, filius sororis suae, comitatum Benthem suscipiens, Castellanus effectus est.*

II.) Iohannes a Leidis Chron. Belgic. lib. XVII. c. 1. *Requiescente Florentio Crasso, Comite Hollandiae, in Domino Theodericus huius nominis sextus efficitur novus Comes Hollandiae, Zelandiae, et primus Dominus Frisiae, qui duxit in uxorem Sophiam, filiam Otthonis de Regmeghe, Comitis Palatini, de qua genuit Florentium sibi succedentem Comitem Hollandiae, Ottonem Comitem de Benthem, Balduinum Ep. Traiectensem, Peregrinum Vicecomitem Zelandiae, Sophiam Abbatissam Fontinellae, Hadvych sanctimoniam, Petronellam pulcherrimam Domisellam.*

Magnum Chronic. Belgic. p. 152. *Post obitum Florentii Crassi Theodericus filius eius, huius nominis sextus, novus Hollandiae Comes efficitur. Coepit autem An. Dom. 1121. Imperii vero Henrici V. inter Reges, et IV. inter Imp. anno XV. et rexit comitatum annis XXXVI. Duxit in uxorem Sophiam, filiam*

liam Ottonis de Rimegghen, Comitis Palatini, ex qua genuit Florentiam succedentem Hollandiae Principem, Ottonem de Benthem Comitem, Balduinum Pontificem, Theodoricum Praepositum, Peregrinum Praesidem, Sophiam Abbatissam, Hadevvigim sanctimonialem, et Petronellam pulcherrimam domicellam.

Monachus Egmondanus ad a. 1144. Nonis Octobris dedicatum est templum in Egmonda a Domino Heriberto Episcopo, praesente Theodorico Comite, et uxore sua Sophia. Ad a. 1157. Theodoricus Comes Hollandiae IX, Filius Florentii Crassi Comitis et Petronillae obiit, cui successit Florentius filius eius, et A. 1176. Obiit Sophia Comitissa Hollandiae.

Io. a Leidis lib. XVII. c. 23. Anno Domini 1163. Nonis Augusti magnificus Comes Hollandiae Theodoricus in pace quievit, qui Hollandiam quadraginta annis strenue rexit. et c. 24. Porro Sophia veneranda Comitissa, uxor Theodorico Comitis praefati. -- Deo dilecta feria jam tertia Ierosolimis profecta est, qua ibidem sexto Calendas Octobr. in Domino feliciter obdormiens ad hospitale Theutonicorum in Jerusalem tumulata est.

12.) Io. a Leidis lib. XVIII. c. 1. Sepulto Theodorico, glorioso Comite, Florentius huius nominis tertius, filius ejus, decimus Comes Hollandiae et Frisia effectus est, simul et Zelandiae; Hic misit cum decenti Comitissa Wiboldum, venerabilem Abbatem Egmondensem -- ad regnum Scotiae pro adducenda sibi sponsa sua, filia videlicet Regis Scotiae. Duxit ergo in uxorem Adam, filiam suam praepotentis Regis Scotiae, quam cum -- ingenti letitia solemnitateque in conjugem accepit, de qua genuit Theodoricum, sibi succedentem Hollandiae Comitem, Wilhelmum, Orientalis Frisiae Comitem, Florentium, majorem praepositum seu Archi-Diaconum Trajectensem, Robertum praesidentem Renemariae, Beatricem, Elizabeth, Adelheydam, et Margaritam Comitissam Cliviae; Et c. 17. ad A. 1190. Eodem anno etiam non admodum post hoc temporis curriculum, Florentius Hollandiae Comes, postquam comitatus Hollandiae strenue viginti sex annis guber-

gubernasset, obiit in Antiochia, sepultus ibidem apud tumbam Imperatoris (Friderici I.) in eadem ecclesia. Ada vero, Comitissa Hollandiae postmodum obiit anno Dom. Incarn. 1201. tertio Idus Januarii in Middelburghensi monasterio est sepulta.

Monachus Egmondanus ad a. 1162. Florentius, Comes Hollandiae X. sororem regis Scotorum, nomine Adam, cum magno navium apparatu advectam duxit in uxorem. Ad a. 1190. in eadem Antiochia Florentius, Comes Hollandiae X. non multo post languore correptus obiit.

13.) Videantur testimonia num. 11. et 12.

14.) Io. a Leidis lib. XIX. c. 1. Tumulato penes Antiochiam Florentio C. Hollandiae, Theodericus huius nominis VII. primogenitus ejus, factus est XI. Comes Hollandiae, Zelandiae et Frisiae. Duxit hic in uxorem Adelheydim, filiam illustris Theoderici, Comitis Cliviae, de qua duas excellentis formae suscepit filias, videlicet Adelheydim, et Idam; Adelheydis autem Henrico, Domicello Ghelriae, desponsata fuit, quae non genuit, Idam vero Ludovicus, Comes Loffensis, contra voluntatem totius Hollandiae sibi in coniugem desponsavit. Et c. 13. A. 1203. Theodericus vero C. Hollandiae interim secundo Nonas Novembris requievit in pace, creatori reddens animam, postquam annis tredecim bellicose rexisset Hollandiam.

Aegidius de Roya ad A. 1190. Mortuus est etiam in eadem obsidione Florentius, Comes Hollandiae, cui successit Theodericus filius eius, quem tenuit XII. annis, qui corpus patris sui retulit secum Antiochiam, ubi et id sepelivit.

Monachus Egmondanus ad A. 1203. obiit Theodericus Comes Hollandiae XI. cuius mortem, qui tumultus quantae dissensionis -- totam Hollandiam occupaverint, non facile potest exprimi.

15.) Io. a Leidis lib. XIX. c. 2. A. D. 1195. Wilhelmus de Hollandia, miles ab expeditione Ierosolomitana reversus est ad Hollandiam, quem frater suus Theodericus Comes primo gloriose

C

riose.

riose suscepit, --- Denique susurronum exosa suggestio seminavit invidiae zelum inter praedictos fratres, ita quod Wilhelmus ad Drehtenses Frisones extemplo transfret. Cap. 3. Porro cum Theodoricus Comes ad Hollandiam de Flandria victor redisset, Balduinus, Traiectensis Ep. Theodoricus Archidiaconus, et major praepositus, Otto Comes de Benthem, fratres et patrum praefatorum fratrum, devenerunt Kenemariam, ut aliquam pacis compositionem invenirent; --- Quorum arbitrio tandem definitum est, ut Theodoricus, tanquam major natus quiete permaneret Comes Hollandiae, et Wilhelmus de manu fratris suscipere in feudum Comitatum Orientalis Frisiae. Cap. 9. ad a. 1197. dictus Wilhelmus, C. Frisiae disruptis clausulis a captivitate (Fratri) clam exiens, spe protectionis venit ad Ottonem, Comitem Ghelriae, a quo per dies aliquot detentus fuit in contubernio magnae laetitiae: novit enim idem Otto Comes eandem Wilhelmum Comitem in terra sancta virum strenuum ut illustrem. Quapropter dedit idem Adelheydem filiam suam in uxorem, de qua genuit idem Wilhelmus Florentium, Hollandiae Comitem, Ottonem, Traiectensem pontificem, Wilhelmum Vice-Comitem, Idam Abbatissam Reynsburgensem, et Pichardam Dominicellam de Delft. Nuptiis vero magnifice celebratis in oppido Stauriensi saepe dictus Wilhelmus gloriose receptus est in Orientali Frisia. Idem lib. XX. c. 2. interea Wilhelmus Orientalis Frisiae Comes, percepta fratris sui Theodorici morte, dolenter venit ad Zype portum conductum --- Cui plerique nobiles Hollandiae compassi sunt, eique firmissima conspiratione confirmati sunt, utpote Florentius, major praepositus, et Archidiaconus, frater suus, Ottho, Comes de Benthem, ipsius patruus etc. lib. XXI c. 1. Denique post expulsionem Ludovici, Comitis Losensis, Wilhelmus, Orientalis Frisiae Comes, paternam haereditatem suscipiens, successit fratri suo, XII. Comes Hollandiae, Zelandiae et Frisiae. Cap. 13. Adelheidis, Comitissa Hollandiae venerabilis anno Domini 1218. tertio idus Februarii defuncta,

sta,

Et, et in Reynsburch honorifice tumulata est. Cap. 14. defuncta uxore Wilhelmi Comitis, idem Comes duxit aliam uxorem ex Anglia, utpote Mariam filiam Ethmundi, Ducis Lancestriae, F. Henrici, Regis Angliae -- -- Porro huius Mariae Comitissae Hollandiae mater fuit filia Regis Naverrorum. -- -- Post hoc Wilhelmus Comes, de secunda uxore non generans, paucis annis in hac vita superstes fuit. Nam anno D. 1222. secundo Nonas Febr. creatori reddidit animam, postquam annis decem et novem Hollandiam, et annis XXVI. Orientalem Frisiam gubernasset, et -- -- ad monasterium Reynsburchense advectus est, et ibidem eum exequiis congruentibus sepultus est.

16.) Io. a Leidis lib. XXII. c. 1. Cumque defunctus esset Wilhelmus Comes successit ei Florentius IV, filius eius, C. Holl. Frisiae, Zelandiae XIII. Otto vero frater ejus effectus est Comes Frisiae orientalis. -- -- Porro Florentius egregius Comes Hollandensis duxit in uxorem Machtildim filiam Henrici, Ducis Lotharingiae seu Brabantiae. Cap. 16. A. D. 1235. Florentius -- plurimos eum hostiliter impugnantes, virili fortitudine repulit, donec tandem Claremontensis Comes in Florentium violenter irrueret, et eundem in Corbii i. e. Corbetta 14. Cal. Aug. crudeliter interimeret. -- Porro corpus -- C. Florentii per proceres Alemanniae ad Reynsburchense monasterium devectum est, et ibidem singularibus exequiis tumulatum. Cap. 17. Comitissa Machtildis diu adhuc supervivens, postmodum A. D. 1267. XI. Cal. Jan. obiit, quae tumulata est apud puellas Ordinis Cisterciensium Haudunensis monasterii prope Eghedunen, quod ipsa pro remedio peccatorum devote construxit.

Aegidius de Roya ad A. 1230. Wilhelmus C. Hollandiae obiit, cui successit Florentius filius eius tribus annis. Hic accepit Mathildem filiam Henrici Ducis Brabantiae in uxorem; Et ad A. 1233. Florentius C. Hollandiae apud Corbye in torneamento moritur.

Dinterus in Chron. Brab. MSS. lib. 17. c. 10. ap. Miracum

lib. 1. Donat. Belg. c. 80. Quarta vero filia Heinrici 1. et Mathildis nomine Mathildis duxit primo Comitem Palatinum Rheni ac Ducem Bavaria, quo sine prole defuncto, duxit Florentium, Comitem Hollandia, patrem Guilielmi Regis Romanorum.

17.) Io. a Leidis lib. XXIII. c. 1. Occiso Florentio strenuissimo Comite Hollandiae, Wilhelmus filius eius huius nominis secundus sublimatur hereditatis jure, XIV. Comes Hollandia, Zelandia, Frisia Dominus. Hic tempore mortis patris sui Florentii C. extitit puer sex annorum: quare et Otho, Ep. Traiectensis, eius patruus, eum sub tutela sua usque ad annos discretionis suscepit. Natus enim fuerat in Camera Hollandiae, hoc est in oppido Leydensi, sic enim olim hoc oppidum consuevit appellari. Fons autem baptisterii, in quo baptizatus fuit, adhuc usque hodie perseverat in ecclesia St. Petri Apostoli, eiusdem oppidi. Is enim nobilis Princeps, cum crevisset, duxit in uxorem filiam illustrissimi Ducis de Brunsuwyck, praeclearam virginem, de qua genuit Florentium sibi succedentem, Comitem Hollandiae. Hic Wilhelmus a primaevo iuventutis sua magis adamavit rigorem ferri, quam nitorem auri. Cap. V. Anno D. 1247. in die St. Michaelis ad reprimendam potentiam Frederici Imp. et Conradi F. eius illustres domicellus et comes Hollandiae electus est in Regem Romanorum mediante -- legato sedis Apostolicae apud villam Woeringhia, Coloniensis dioecesis. -- -- electus est vicesimum agens annum, imberbis adhuc existens, rubore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, statura procerus, ac in dispositione totius corporis collaudandus. Cap. 9. ejusdem coronationem Aquisgranensem Kal. Novembr. A. 1248. sollemnissime peractam describit, et Cap. 30. ejusdem caedam a Frisiis perpetratam d. V. Cal. Febr. A. 1255. demum lib. XXIV. c. 13. recenset quomodo sepulchrum ejus A. 1282. in Frisia proditum, corpusque ejus in monasterium Middelburghense translatum fuerit.

18.) Albertus Stadensis ad a. 1251. Wilhelmus Rex duxit filiam Ducis Ottonis de Brunswich, et in ipsa nuptiarum nocte, scilicet

licet Conversionis St. Pauli, palatium, in quo quieverunt, sponsus et sponsa, in Brunsvich juxta Leonem, penitus exarsit, ex luminis et straminis incuria, corona Regis exusta est.

Chronicon Ducum Brunsvic. in Maderi antiquit. Brunsvic. p. 20. 21. Otto Dux de Luneborch -- -- duxit uxorem piae nobilitati congruentem Mechtildem, Marchionis Alberti filiam de Brandeborch, et genuit -- -- Elisabeth, quam duxit Wilhelmus de Hollandia Rex, et genuit Florentium Comitem Hollandiae.

Io. a Leidis lib. XXIII. c. 31. Elisabeth, Romanorum Regina, et Hollandiae Comitissa, venerabilis matrona, obiit in anno D. 1252, tumulata in Burghensi monasterio.

19.) Aegidius Aureae Vallis in gestis Pontificum Leodiens. in vita Alberon. II. Ep. c. 36: Venit tunc in castra Henricus Comes Salmiensis ex sorore Comitis Reinaldi (Comitis Barrensis) ortus, conf. locus Alberici ad a. 1158. in numero 9.

Richerius in hist. monasterii Senonicensis cap. c. I. incipiamus a Comite Henrico, qui dictus est, de Salmis, et contemporaneus noster fuit, qui tempore Henrici -- tale jus, et exactiones in hominibus ecclesiae plus solito, de permissione tamen ipsius Abbatis Henrici exercebat. Cujus tempore castellum in Brustavalle, in fundo hujus ecclesiae, quod Salmis dicitur, tempore dicti Abbatis constructum est. Quod nomen a quodam castro, quod in territorio Ardenna situm est, unde idem Comes et sui praedecessores orti sunt, accepit. Hic uxorem sortitus est, scilicet sororem Friderici Ducis Lotharingiae, de qua genuit duos filios, primogenitum scilicet Henricum nomine, et alium Fridericum.

Excerpta literarum Henrici Comitis de Salmis, quibus unacum uxore sua Judith et filio suo Henrico dat Ecclesiae Belliprati in Episcopatus Tullensi variam pasturam in omnibus allodiis et feudis super totam terram suam Anno MCLXXXIX. profere du Chesne in probat. Luxemb. p. 49.

ASSERTIONES

TABULAE III.

I.) **A**lbericus ad a. 1014. Hic inserendum est, quod filia primi Imperatoris Ottonis, soror vero secundi, nomine Juditha, Duci Wormatia Conrado, qui etiam fuit Dux Bulloxii -- peperit Ducem Ottonem, de quo Ottonem nati sunt Cono Dux memoratus, et Henricus Pater hujus Conradi (Salici Imperatoris.) Fuit autem iste Conradus ex parte matris de genere Francorum, et fuit nepos Odonis Campaniensis Comitis. Ejusdem Conradi fuerunt Nepotes, Comes Letardas de Longuy, Pater Menegaudi, et Gislebertus, Comes de Lucsburch, Pater Comitis Conradi.

In triumpho St. Remacli adiuncti in fin. Vol. II. Hist. Ep. Leodiens cujus Autor vixit A. 1100. Lib. I. c. 5. Itaque reversus Dominus Abbas Malmundarium non inutile sibi ratus est de hujus rei instante necessitate consulere Ducem Fridericum communem videlicet ex jure antiquitatis utriusque ecclesiae advocatum. Cap. VI. Ea tempestate usurpaverat Archi-Episcopus bonum Christi Confessoris nepotem ipsius Ducis, Cuonradum scilicet acrem virum asciverat sibi militem pro beneficio hujus ad- vocationis. Is quidem ante infestus Domino Abbati dicitur ex voto suscepisse ad- vocationem Malmundarii, ut eo graviores inimicitias exerceret ultioni. Quod ut inopinate perventum est ad Ducis ipsius patruum auditorium, non minor, quam de priori fama indignatio ejus percutit animum. c. VIII. Archi- praesul comperiens occubuisse Fridericum Ducem -- continuo Cuonradum Comitem, cujus suam fecimus mentionem, illo dirigit satis ad id voluntarium, ut sibi, quod alterius juris erat vendicaret, solidaretque Malmundarium.


Golscherus de gestis Trevir. c. 57. Everhardus Episcopus, dum quadam die An. 1059. dioceses circuiret a Cunrado Comite de Lüzelnburg captus est -- Papa eundem Cunradum omnes- que

que

FAMILIAE AVGVSTAE LVCEMBVRGBENSIS.

- 1.) Conradus I. Comes de Lucemburch., F. Giselberti in TAB. II. vixit A. 1047. †. d. 8. Aug. A. 1086. sep. in coenob. B. Virg. Luxemburgensi.
 2.) Uxor: Clementia, sive Ermonfendis, Comitissa de Longwy, vixit A. 1083.

- | | | | | | | | | |
|--|------------------------------------|--------------------------------------|--|---|--|---|---|--|
| 3.) Wilhelmus, Comes de Lucelemburg,
vixit
A. 1083. -- 1114. | 4.) Henricus,
vixit
A. 1086. | 5.) Conradus,
vixit
eod. anno. | 6.) Adelbero,
Archiepiscopus
Metensis,
†. in obsidione
Antiochiae A. 1119. | 7.) Rudolfus,
Abbas et Provisor
monast. B. Virg.
Luxemburgici. | 8.) Hermanfendis I.
vixit An. 1101. - 1167.
†. 28. Junii A. . . .
Mariti: | 9.) I. Albertus, C. Dasburgensis,
†. d. 24. Aug. ante A. 1101. | 10.) II. Godefridus, C. Namurcensis,
A. 1101. -- 1138. | 11.) Mathildis,
Comitissa de Longwy
et de Homberg,
et de Castris. |
|--|------------------------------------|--------------------------------------|--|---|--|---|---|--|
-
- | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|--|---------------------------------------|--|---|--|--|--|---|
| 12.) Conradus II. Comes de Luzilenburgh,
vixit
A. 1135. | 13.) Henricus, Com. Namurci
et de Luceleburgh,
Uxores | 14.) I. Laureta, F. Theoderici
C. Flandriae,
et Vidua, Ivani d' Aloft,
et Rudolphi, C. Peronenfis,
A. 1144. | 15.) II. Agnes, F. Henrici,
D. Geldriae et Zutph.
et Seynardae Bullioniae. | 16.) Adalbertus,
vixit
A. 1121. | 17.) Clementia,
Maritus
Conradus I.
D. Zeringiae,
†. 16. Febr.
A. 1152. | 18.) Beatrix,
Maritus
Guntherus, C. Roitefensis
Beatrix,
Maritus
Rogerius II. primus Rex
Siciliae,
†. A. 1154. | 19.) CONSTANTIA Augusta,
et Regina utriusque Siciliae.
nata A. 1155.
nupta 27. Jan. A. 1186.
†. 27. Nov. A. 1198.
Maritus
HENRICVS VI. Rex Germ.
et Imp. et Rex Germ.
Sicil.
†. d. 28. Sept. A. 1197. | 20.) Aelis sive Athela, it. Ermenfenda.
Maritus
Balduinus III. C. Hannoniae
et Marchio primus Namurci,
†. d. 17. Dec. A. 1195. | 21.) Balduinus IV. Comes Hannoniae.
Uxor:
Margaretha, F. Theoderici de Alsatia
C. Flandriae | 22.) BALDVINVS V.
Com. Flandriae A. 1186.
Imperator CPLtanus,
d. 31. Maji A. 1204.
†. 1205.
Uxor
Maria, F. Henrici, C. Campanensis. |
|---|---|---|--|---------------------------------------|--|---|--|--|--|---|
-
- 23.) Ermenfendis II. Comitissa Lucelburgensis et Rupensis, fecit testamentum in crastino Dominicae,
qua cantatur *Esto mihi* A. 1246.
Mariti:
- 24.) I. Henricus II, C. Treccarum saltem desponsatus A. 1188.
 25.) II. Theobaldus, C. Barri, †. d. 12. Febr. A. 1214. sep. in abbat. St. Michaelis.
 26.) III. Walramus III. D. de Limborch, et Marchio Arlunensis, A. 1214. †. A. 1226. sep. in Abbatia Rodensi.
-
- | | | |
|---|--|--|
| 27.) Elifabetha,
C. Barrenfis et Lucelburg.
Maritus
Walramus Iunior,
Filius
Walrami III. D. de Limborch
ex priore Coniuge Montenfi. | 28.) Gerhardus de Lucemburgo,
Uxor
Mathildis de Durbio | 29.) Catharina.
Maritus
Matthaeus, Dux Lotharingiae. |
|---|--|--|



que ejus complices factō generali convitio excommunicavit, sed ejus absolutionem penitus Episcopo commisit -- . Interim vero Episcopus a captivitate datis obsidibus rediit, nec multo post Comitem pœnitentem suscepit, cui pro pœnitentia peregrinationem Hierosolymitanam injunxit, in qua et obiit. Idem c. 52. Giselbertus quidam Comes de Castello Luzelnburg nominato cum filio suo Cunrado, non sic aliter, quam solet lupus in oves insanire &c.

Inscriptio tabulae plumbeae in sepulchro Conradi, exusto A. 1542. a Gallis cœnobio B. Virg. extra muros oppidi Lucenburghensis inventa in Bruschi Chronologia Monaster. Germ. p. 56. In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Quiescit hic Comes Conradus. Hic cum inter seculi principes fama probitatis esset celeberrimus, sepulchrum vitæ Principis adiit amore divino succensus. Indeque rediens, divina se vocante clementia, obiit peregrinus, sepultus in terra decenter, non sua. Indeque anno dormitionis suæ secundo sublatu, anno quarto, ipso die annuæ migrationis suæ de seculo hic fuit repositus, præsentem Conjugem suam Clementem per manum filiorum, Adelberonis Primicerii Metensis, Henrici Comitis, Conradique Comitis, præsentem Rudolfo abbate filio Comitis, quem ipse provisorem et ordinatorem hujus loci statuerat. Facta sunt hæc regnante permissu Dei Henrico tyranno damnato, ac piæ memoriæ Gregorio Pontifice Romano. Obiit autem VI. Idus Augusti anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVI.

Conferatur testimonium Bertoldi Const. ad a. 1086. in Probat. Tab. II n. 3.

2.) Fundatio monasterii B. Virginis Lucenburghensis Ord. St. Benedicti extra muros ex archiv. Lucenburghensibus in du Chesne Probat. Geneal. Luxenb. p. 50. Ego Conradus Comes, licet sero inspiratione divinæ gratiæ ad pœnitentiam provocatus -- acta sunt annuente uxore mea Clementia, cum filiis et filiabus nostris in præsentia Domini Metensis Episcopi Herimanni

manni — Anno Domini Incarnationis 1083. pridie Nonas Julii, Indictione sexta.

Albericus ad a. 1168. p. 350. Quaedam autem nobilis Comitissa de Longuy, Ermonsendis nomine, peperit Comitem Guillelmum de Lucemburg, partem Conrardi, et Ermonsendem, Comitissam Namurcensem, uxorem Comitis Godefridi, et Mathildam, Comitissam de Longuy, et de Homberg, et de Castris.

Respiciatur Tabula sepulchralis in numero antecedenti.

3.) Confirmatio foundationis monasterii B. Virginis extra muros oppidi Luzelburgensis in du Chesne probat. p. 32. Ego Willelmus, Comes de Lucelburgh, cupiens imitari beatae memoriae patrem meum Conradum, Comitem, et perficere quod ipse incepit — Haec omnia eidem caenobio donata sunt a patre meo in die dedicationis Cripta Anno Incarnationis Dominice 1083. aeniente matre mea, Clementia, et fratribus meis, in praesentia Domini Herimanni, Metensis Episcopi — Postea vero cum pater meus in via Hierosolymitana defunctus et sepultus post duos annos inde translatus, et quarto anno in predicta cripta esset tumultatus, venerabilis mater mea eodem die allodium, quod dicitur Merrae, Christo et ejus generici assensu filiorum suorum dedit. — Hujus confirmationis et supra dictae constitutionis nostrae chartam, ego et filius meus Conradus super altare ipsius caenobii sigillatam posuimus.

Golscherus de gestis Trevir. c. 71. p. 118. Denique non multo post tempore, viribus corporis Brunonis Archi-Ep. senio simul et infirmitate ad occasum vergentibus, in omni fere circa regione caeperunt viri nequam consurgere, et res ecclesiae — depopulari quodam Comite Guilelmo, Filio Conradi supra memorati Comitis de castello, quod vulgo Luczelenburg vocatur, ducatum illis praebente.

Albericus ad a. 1112. Comes Barri Rainaldus Comitatum Virdunensem armis sibi vendicavit. Richardus cum Comite Guillelmo Lusceburgensi ipsum graviter urgebant. Et ad an.

1114.

1114 Comes Guillelmus de Lucelburg, Comitatum Viridunensem reddidit Comiti Rainoldo.

4.) Charta Epternacensis in Tolneri Hist. Palat. c. XI. p. 278. Notum sit tam presentibus quam futuris omnibus, quod Henricus Comes, Conradi piae memoriae Comitis filius, -- Conferatur tabula sepulchralis n. 1.

5.) Respiciatur dicta tabula plumbea n. 1.

6.) Albertus Aquensis in Hist. Hierosolymit. lib. III. c. 46. In obsidione Antiochiae A. M. CLX. contigit quodam die filium Comitis Conradi de Lutzelenburg, Adelberonem nomine, Clericum et Archidiaconum Metensis ecclesiae, juvenem nobilissimum de regio sanguine, et proximum Henrici III. Romanorum Augusti, alearum ludo pariter recreari, occupari cum matrona quadam, quae magna erat ingenuitatis ac formositatis in viridario, pomiferis arboribus et herbarum abundantia plenissimo, et silva, quae juxta sedem, et eandem portam urbis habebatur, quam Dux Godefridus, et Teutonicorum comitatus obsidione premebat. His, ut dictum est, otio et ludo intentis Turci, solliciti insidiarum et necis Christianorum, clam e porta procedunt, et caute se abscondentes inter altam et super eminentem herbam, arborumque densitatem, Archidiaconum et sibi colludentem matronam, subito clamore nescios et obstupefactos incurrunt sagittis insigentes, sociosque, qui iudices ad judum convenerant, iam prae timore oblitos alearum dispergunt et vulnerant. Et ipsius quidem Archidiaconi caput amputatum per portam raptim et in nomento hoc facto, repedantes secum detulerunt.

7.) Videatur Tabula sepulchralis n. 1.

8.) Videantur testimonia Alberici ad A. 1168. num. 2. Idem ibid. p. 391. Praedictus Comes Godefridus Namurcensis, duxit secundam uxorem genere nobiliorem, et vita sanctiorem, videlicet Ermensendam, sororem Comitis Wilhelmi de Lusceleburg, et genuit ex ea praelibatum Comitem Henricum Namurcensem, et tres sorores germanas ejusdem.

D

9.) In

9.) In confirmatione donationis factae ecclesiae St. Vitonis Viridunensis in probat. du Chesne p. 36. *Ego Hermansendis, Comitissa Namurcensis, salutem. Notum esse volo omnibus me legitima traditione contulisse ecclesiae B. Apostolorum Petri et Pauli sanctique Vitoni, quae est sita in suburbio Viridunensis civitatis, ecclesiam mei juris, quae vocatur Mons St. Martini cum omnibus pertinentiis suis, tum pro remedio animae meae, cum pro senioris mei Comitis Alberti piae mercedis recompensatione. Nam idem memorabilis senior meus eidem coenobio eandem ecclesiam per manus Abbatis Rodulfi tradidit — — Comiti etiam capellam meam indominicatum de Longui, ut sicut mei proprii juris erat, sic eorum perpetuo juri inserviat. — Haec omnia liberabissimum devotione trado et concedo, et signo meo fideliumque meorum confirmo Anno Domini 1101.*

S. Domini Godefridi Comitis,

S. Filii mei Henrici Comitis ec.

In Necrologio Abbatiae S. Vitonis Viridunens. ibid. *VIII. Kal. Julii Ermensendis Comitissa Namurcensis, quae cum Viro suo Comite Alberto Cellam Montis S. Martini cum omnibus appendiciis suis nobis contulit, et sua charta confirmavit.*

IX. Kal. Sept. Albertus Comes Dasburgensis, qui nobis Cellam montis St. Martini cum omnibus appendiciis suis dedit.

10.) Balduinus Avennensis in Chronico c. XVII. p. 23. *dictus Comes Namurcensis Godefridus de secunda uxore Ermensende nomine genuit duos filios et tres filias. Primogeniti nomen Henricus, alterius Albertus, qui juvenis mortuus est. Filiarum primogenita Aelidis nomine nupsit Comiti Hainoniensi Balduino, ut dictum est. Secunda nupsit Duci Zeringorum, cui peperit tres filios et unam filiam; primogeniti nomen Bertoldus, secundi Radulfus, qui postea fuit electus Moguntinensis, tertii nomen Hugo. Filia vero desponsata fuit Duci Saxoniae. Sed Imperator Henricus matrimonium impedivit, et Radulphum praedictum ab electione repellere procuravit, quia timebat eorum potentiam.*

sensiam. Idem tamen Radulfus postmodum fuit Ep. Leodiensis et fecit ibi palatium. Tertiam vero filiam Comitis Namurcensis Godefridi duxit Comes Reitenfis, qui ex ea genuit quatuor filios et plures filias,

11.) Videatur Albericus ad A. 1168. n. 2.

12.) In constitutione de jure advocatiae St. Maximini in du Chesne probat. Luxenburg. p. 35. Ego Conradus, Comes de Lutzilenburch, postquam providente Deo post decessum piissimi genitoris nostri Willelmi Comitis de manu Regia, quicquid juris nostri est, cum omni integritate recepimus. — -- Acta sunt haec ab incarnatione Domini 1135. regnante Lothario Romanorum rege, Treviri praesidente Alberone Archiepiscopo.

Conf. Albericus ac A. 1168. n. 2.

13.) In diplomate Conradi Romanor. Regis dato Abbatiae St. Remigii Rhemensis A. 1138. ap. du Chesne in probat. Limburg. p. 58. Inter testes subscripsit Godefridus Namurcensis Comes, Henricus Filius ejus.

In charta ap. eundem in probat Luxenb. p. 42. Ego Henricus Dei gratia Comes Namurci et de Luceleburch omnibus -- quia pium est. -- -- Ego Henricus Bronicensem ecclesiam cum universis ad se spectantibus in mea tutela et defensione suscipio -- sicut bona memoria pater meus Comes Godefridus ipsi dedit in elemosynam sibi in perpetuum concedo. Actum Bronii anno incarnat. verbi 1154. indictione 11. regnante Friderico Rom. Imp. anno regni-eius 111. Episcopatus Henrici 1X.

14.) Chron. vetus Comit. Flandr. MSS. Pithoceanum in du Chesne c. 4. probat. p. 402. Comitissa Svanehildis, pro cuius consanguinitatis nomine, seu cognatione plura fiebant mala, obiit, unicam relinquens tantum filiam, nomine Lauretam, ex Theoderico Comite. Hac primo Ducis de Lemborg uxor fuit, sed quia consanguinei esse dicebantur, separati sunt. Deinde sortitus est eam Iwanus de Alost. Defuncto Iwano, nupsit Rudolpho,

dolpho, Comiti Peronenſi; et illo mortuo, Comiti de Namurcb. Hunc Quercetanus interpretatur Henricum Coecum.

In Traditione terrae Ploidis juxta Cominium eccleſiæ B. Mariæ Mecinenſis ex archivo Abbat. Meſſinenſ. in Oliv. Vredii T. I. probat. Tab, 6. Genealog. Comit. Flandr. p. 190. *Ego Iwanus de Gand. pariterque Laureta, Theodorici, Flandrenſium Comitis Filia, uxor mea, pro remedio animarum noſtrarum, et ſpe coeleſtis patriæ conſeſſimus et dedimus -- -- Actum eſt hoc anno Dom. Incarn. MCXLIV. Ind. VII.*

Aegidius de Roya, ad a. 1005. p. 18. *Habuit Laurettam Theodoricus filiam ex conjuge prima, tempore, quo Comes factus eſſet Flandriæ, Junoni de Aloſto junctus fuit matrimonio, poſtea Comiti Peronenſi: ſed nulla ſuſcepta prole ea, rediit terra ad Flandriam.*

15.) Albericus ad a. 1193. *Theobaldus Comes Barrenſis ante caſtrum de Namurco duxit exercitum ſatis copioſum, quia filiam Henrici Comitis, Coeci, unicam in ejus ſenectute de Agnete ſorore Comitis de Gelra, quodam accidenti natam duxerat in uxorem, nomine Ermenſondem, per quam hereditare volebat, quamvis filiae non ſoleant in Imperio hereditare. Tria tamen caſtra cum appendiciis ab Imperatore data Comiti Alemanno Ottoni de Burgundis, Comes Barri ab ipſo Comite Ottone redemit, et ita cum uxore ea habuit, ſcilicet Luſteburg, Drebuium, et Rupem in Ardenna.*

16.) In Charta ex Archivo Abbatiae Floreſſenſis in du Chesne probat. p. 37. *qua Godefridus Comes Namurcenſis, et Ermenſendes Comitiffa, ad honorem S. Dei genitricis Mariae, annuentibus filiis et filiabus Dominis Adalberto, Henrico, Clementia, Beatrice, et Adelheide tradiderunt Domino Norberto et fratribus ipſi ſubditis in Floreſin -- perpetuo poſſidendam eccleſiam de Floreſſia. Dat. VI. Kal. Dec. A. 1121. Indict. XIV. conf. Balduinus n. 10.*

17.) Albericus ad a. 1168. p. 351. *Comes Godefridus Namurcenſis duxit ſecundam uxorem -- Ermenſendem, ſororem Comi-*

Rogeri, nata de Beatrice filia Comitis Guitheri Reifestensis, quae fuit Castellanus Vitriaci.

20.) Balduinus Avennensis in Genealog. X. c. I. p. 1. Godefridus Comes Namurcensis, frater Henrici de Rupe genuit Henricum et Aelidem, uxorem Comitis Hainoensis Balduini, cui peperit Balduinum Comitem, qui patri succedens in uxorem duxit Margaretam filiam Comitis Theodorici Flandrensium, etc. C. XVII. p. 22. Balduinus Comes uxorem duxit Aelidem filiam Comitis Namurcensis Godefridi et Ermensindis etc. C. XVIII. p. 25. Hic Comes Balduinus hujus nominis tertius etc. ex uxore sua Aylide, sorore Comitis Namurcensis quatuor genuit filios Balduinum, Godefredum et Henricum -- -- dicti Godefridi de Namurco. Filius Henricus Comes Namurcensis ac etiam de Lucelburg factus postmodum Cacus, et perpendens uxoris sterilitatem, quamdiu habuerat, nec heredem habere poterat, talem fecit conventionem inter se et Comitem Hannoniae Balduinum, qui sororem suam habebat uxorem, quod dictus Balduinus ei acquisivit allodia, quae ambo sorores uxoris suae tenebant in terra Namurcensi, cum eo quod ipse nec per uxorem tenebat in eadem terra, et post decessum dicti Comitis totus Comitatus ille devolvi debebat ad uxorem dicti Balduini, et ad heredes ejus.

Aegidius de Roya ad a. 991. Godefridus autem Comes Namurcensis genuit Godefridum III, qui genuit Henricum Comitem et Athelam uxorem Balduini Comitis Hannoniae - Balduinus autem Comes Namurcensis, filius Balduini et Athelae, cepit Margaretam filiam Theodorici de Alsatia Comitis Flandriae uxorem. Item in nota ad a. 1197. p. 35. Hic Balduinus ex Iolenda filia Gerardi Comitis de Wassenburg genuit Balduinum IV, qui Valencinenses rebelles sibi adjecit. Hic Athelam duxit filiam Godefridi Comitis Namurcensis, sororem Henrici Comitis Namurcensis, ex qua genuit Balduinum IV. Marchionem Namurcensem. Hic vero Balduinus IV. Margaretham de Flandria uxorem habuit, quae Balduinum V. Imperatorem Constantinop. genuit.

Albe-

Albericus ad a. 1168. p. 352. *Tertia soror de tribus Comitum Namurcensis supra dicti Ermensendis nomine Comiti Balduino de Hainaco — peperit Comitem Balduinum, Henricum de Seburgo, et quatuor sorores eorum. etc.*

21.) Charta in Oliv. Vredii probat. Genealog. Flandr. P. I. p. 26. *Notum sit, quod Balduinus, Comes Hayn. Marchio primus Nam. Balduini Comitis, et Aelidis Comitissae filius, qui ex parte ejusdem matris suae et Henrici avunculi sui, Namurcen. et Lucelborc Comitis, Namurcum jure hereditario adeptus fuit. Vnde factus fuit Marchio et Princeps Imperii. Vxorem habuit nobilissimam Margaretam, Theodorici Comitis Flandriae Filiam, Philippi illustris ac potentissimi C. Flandria et Viromandiae sororem, de qua filios habuit Balduinum, Philippum, Henricum, milites egregios, et filias, quarum una fuit Elizabeth, gloriosissima Francorum Regina, Philippo illustri Francorum Regi desponsata etc. Actum in festivitate S. Lucia anno Dom. Incarn. 1195.*

Auctarium Aquicinctinum Sigeberti ad a. 1195. *Obiit Balduinus Marchio Namurcensis et Comes Hainoensis XVI. Kal. Januarii, et sepelitur apud Castri lacum cum patribus. Succedit ei Balduinus filius ejus Comes Flandrorum -- Balduinus, qui Valentianenses sibi rebelles eptime retinuit -- duxit uxorem Ermensendam, sororem Henrici Comitis Namurcensis, ex qua genuit Balduinum Marchionem, cui etiam multoties accesserunt felices accessus, qui duxit uxorem Margaretam sororem Philippi C. Flandrorum, qua ei genuit Balduinum C. Flandrensiem, et Hainonensem. Philippum quoque et Heinricum. Duxit autem Balduinus adhuc, vivente patre, uxorem Mariam, filiam Henrici C. Campanensis, quam genuit ex filia Ludovici VIII. Francorum Regis.*

22.) Auctarium Aquicinctinum Sigeberti ad an. 1169. *Balduinus junior, Filius Ealduini, C. Huginoensium uxorem duxit Margaretam, sororem Philippi C. Flandrensiem, ex qua ge-*
nuit

nuit Balduinum post ea Flandriae Comitem et Constantinopolitanum Imperatorem. Et ad a. 1204. Hoc etiam anno Constantinopolitana civitas capta est a Balduino, C. Flandrensi & Hainoensi: in qua civitate per Dei gratiam electus & consecratus est Imperator et Augustus Romanorum.

Albericus ad a. 1204. Civitas magna Constantinopolis acquisita est a Francis et Comes Flandriae Balduinus factus est Imperator. Unde versus:

Quatuor excentis sex annis mille ducentis

Idibus Aprilis Roma secunda ruit.

De eius uxore uideatur locus ex Auctuario Aquicinctio Sigeberti in numero antecedente.

23.) Albericus ad a. 1214. p. 476. Ermenfendis Henrici Comitis Namurcensis filia.

24.) Auctarium Aquicinctinum Sigeberti ad ann. 1188. Comes Namurcensis Henricus filiam suam unicam adhuc lactantem dat Henrico Comiti Trecurum, et cum ea post suum discessum omnem terrae suae Comitatum. Balduinus Comes Hainvesis ex sorore nepos ejus hoc audiens et videns indoluit.

Ægidius de Roya in annal. Belgic. ad a. 1166. p. 32. Henricus Namurcensis filiam suam dedit Henrico Comiti Trecenti, quae lactabat adhuc ubera.

25.) Albericus ad a. 1214. p. 475. Comes Barri Theobaldus moritur, et juxta Patrem suum Rainaldum in abbacia St. Michaelis sepelitur. Hujus autem mater fuit Agnes nobilis Comitissa, quae in Abbacia trium fontium est sepulta. Dicitur autem Comes Theobaldus primam habuit uxorem Lorettam, filiam Comitis Ludovici, sororem Gerardi Lotensis diocesis Leodiensis, de qua genuit Agnetem, Lotharingiae Ducissam. Secundam vero dixit post mortem primae Isabellam nomine, relictam Domini Anselmi de Triangulo sororem, Comitis de Barro super Sequanam, et Episcopi Manassae, Lingonensis, de qua natus est Comes iste Barrensis Henricus, multis probitatibus formosus.

De

De tertiae eius uxore, filia Henrici, Comitis Namurcensis filiam Isabellam nomine genuit, quam junior Walramus longus habuit et ei peperit Walleranum de Poilevache. Conf. ejusdem testimonium n. 15.

In Tabulis pacis inter Balduinum Comit. Flandr. et Han-
nonia, et Philippum fratrem ejus Comitem Namurcensem, et
Theobaldum Comitem Barri et Lucenburg. *Art. XIII. sciendum
autem est, quod si Comes Barri habuerit heredem de Ermensinde,
Comitissa Lucenburgensi, uxore sua - Actum ap. Dinant in mona-
sterio St. Medardi juxta pontem VII. Kal. August. ann. 1199. in du
Chesne probat. p. 45.*

Necrologium ecclesiae Gorgon. Metensis *in du Chesne pro-
bat. Barrens. p. 252. II. Idus Febr. obiit Theobaldus Comes
Barrensis.*

26.) Albericus ad a. 1214. p. 476. *Ista Ermensendis nu-
psit postea Seniori Wallerano, filio Henrici, cui plures peperit
filios; Una ejus filia Catharina est Lotharingiae Ducissa.*

Diploma ex archiv. Luxemb. *in du Chesne probat. Hist.
Limburg. p. 63. Notum sit omnibus - - quod ego Henricus, Dei
gratia Dux de Lemborch, et Marchio de Arlunis, filio meo Wal-
ramo dedi totam terram de Arlunis, et ipsum castellum cum uni-
versis militibus et ciuibus in castello manentibus, Advocato tamen
excepto. Hoc pacto praehabito, quod praedictus Walramus haec da-
bit in dotem comitissae de Lucelemburg.*

In Pactis dotalibus ibidem p. 63. *sciunt ergo universi — —
quod ego Waleramus, Filius Henrici, Ducis de Lemborck et Mar-
chionis Arlunensis, castrum meum de Arlun - - laude et assensu pra-
dicti patris mei Ducis, et fratrum meorum, Henrici de Valcken-
borcq, et Gerardi de Horne, et etiam filiorum meorum, Henrici et
Walerani, Dominae Ermesindae, Comitissae Luceleburg et Rup-
pis, uxori meae, in legitimam dotem contuli - - .. promisi etiam
jure-*

E

jure-

iurejurando, quod nobiles, milites, burgenses, et quoscunque alios homines ad honorem de Lucelburg, Ruppis, Durberti pertinentes, in ea libertate, et in honore dimittam esse et vivere, in quali honore et libertate tempore Henrici piae memoriae, quondam Comitis Namurcensis, uxoris meae patris, permanserunt. — — — Actum anno Verbi incarnati 1214. mense Majo.

27.) In pactis dotalibus Henrici II. C. Luxenb. et Margarethae Barrensis in Miraei donat. Belg. lib. II c. 79. Ego Ermensindis Comitissa Lucemburgensis — — Et si Elisabeth filiam meam, praedicti Comitis Henrici sororem, filii mei Walerami uxorem, sine herede corporis sui — — mori contingeret — — Actum anno Domini 1231. mense Iulii.

Repetatur testimonium Alberici ex num. 25. p. 33.

28.) Conuentio pacis inter Elisabetham Filiam Wallerani III. ex primis nuptiis et Henricum I. ejus fratrem in du Chesne probat. Limbourg. p. 68. Nos Elisabeth, et nos Waleranus filius ejus de Montioye, tenore praesentium scire cupimus uniuersos, talem esse pacem et concordiam super querelis hereditatis inter nos ex una parte, et fratrem nostrum Henricum Comitem Lutzemburgensem ex parte altera, jam dudum habitis — — Ita quod si nos, vel piae recordationis Waleranus quondam maritus noster aliqua acquae stauimus vel comparauimus — — Praeterea sciendum est, quod de allodiis extra munitiones — — partizare debemus cum dicto fratre nostro quoad quartam partem obtinendam, prout Gerardus frater noster de Lucemburgo — et Henricus Dominus de Hufaliza duxerint reportandum — — Ut autem haec praedicta omnia robur obtineant firmitatis sigillis nostris et parentelae nostrae Walerani Ducis de Leimborch, W. Comitis iuliensis, W. fratris ejus, Domini Gerardi fratris nostri — praesentes literas procurauimus communiti — Datum et actum

Etum apud Stabulum anno Domini 1253. feria tertia post Dominicam, qua cantatur Reminiscere.

Balduinus Avennensis in Chron. c. 20. p. 28. *Machtilde Ducissa mortua Dux Lotharingiae Henricus aliam duxit uxorem Margaretham, Comitis Namurcensis filiam, ipsi relictam, Regis Francorum Philippi Filiam, ex qua unicam genuit filiam, Elisabet seu Isabellam, quae nupta Comiti Clevensi Theoderico dicto Dinslaken, qui patre superstite decessit, duas peperit filias, Maltildem Dominam de Durbio, uxorem Domini Gerardi de Lucelburg, et aliam Domini Gerlaci de Issenburg uxorem.*

29.) Contractus nuptialis ex archivo Ducatus Luxemburgici in du Chesne probat. Genealog. Luxemburg. p. 73. *Ego Waleranus Dux de Lembourg, Comes de Luxembourg, et Marchio Arluensis, contuli Domino Matthaeo, Duci Lotharingiae, cum filia mea Catharina ter mille libras Metenses — — — Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto mense Septembri. Et in alia charta ibidem f. 74. Ego Matthaeus, Dux Lotharingiae et Marchio, notum facio omnibus, quod Domina mea Ermensendis, Comitissa de Luzembourg, ter mille libras Metenses, quas filia sua Catharina uxore mea, in matrimonio mihi promisit. — — — Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vigesimo nono, feria tertia ante festum Beati Michaelis.*

Albericus ad A. 1214. *Ista Ermensendis nupsit postea Seniori Wallerano Filio Henrici, cui plures peperit filias, una ejus filia Catharina est Lotharingiae Ducissa.*

ASSERTIONES

TABVLAE IV.

1.) **P**Acta nuptialia hujus Henrici vid. in du Chesne probat. p. 74. in Miraei lib. II. donat. Belgic. c. 79. et in Blondelli Barro Campano-Francico p. 55. *Ego Ermensendis, Comitissa Lucemburgensis, Marchionissa Arlunensis notum facio, quod Henricus, Dominus de Lucemburg, filius meus, ducere debet in uxorem, Margaretam, filiam Domini Henrici Comitis Barrensis, et idem Comes dedit filio meo praedicto in maritagium Lincyum et Castellaniam cum dependentiis -- Idem filius meus tenetur ducere uxorem eandem Margaretam, quam cito ipsa ad aetatem devenerit competentem -- Actum anno Domini 1231. mense Julio.*

2.) Charta traditionis Comitatus Lignii allata a Florentio van der Haer *en les Chastellains de Lille lib. c. 4. f. 240. et in du Chesne probat. Luxenburg. p. 74. Je Philippe Comtesse de Bar, fay sçavoir -- que j'ay donnoit à Monsieur Henry, Comte de Luzenburg, en mariage avec Marguerite, ma fille, Lincy et ses appendices, & ly doy valoir sept cens livres de terre, a fors, en telle maniere, que Messire Henry ne peut cette terre repeindre d'autre, ne mettre en autruy main, et cil advenit, que Marguerite, ma fille, morist, sans hoir de son corps -- Lincy et les appendices reverront au S. de Bar, et Madame Ermensens, Comtesse de Luxenburg, à devise a Monsieur Henry son fils, Lucembourg et les appendizes, Erlon et les appendizes, la Roiche et les appendices, apres son deces, saulf cez q'elle peut donner a Gerard son fils, se elle veut, deux cens livres de terre a Metains, en la Chastellerie Lutzembourg, ou de la Roche, fors le fortresse, et Messire Henry ses fils a drée Marguerite sa femme -- Fay fait lendemain de Pentecauste, quand li miliaires couroit par mil deux cents, et quarante ans, au mois de Julet.*

Baldui-

TABVLA IV.
FAMILIAE AVGVSTAE LVCEMBVRGBENSIS.

ad p. 36.

1.) Henricus I. Com. Lucemburg, Rupensis et Marchio Arlunensis, F. Wallerami D. Limburgensis et Ermensendis II. Luxemburgicae in TAB. III, vixit A. 1231. -- 70.

2.) Margaretha, F. Henrici II. C. Barrensis ex Philippa Droceusi, A. 1231. sep. in Abbacia Clari Fontis. ap. Arlonitum.

3.) Henricus II.
Com. Lucemburgensis, Rupensis
et Marchio Arlunensis,
†. d. 5. Jun. 1288. in proelio
Waroncino.

4.) Beatrix, F. Balduini C. Avennensis
et Felicitatis de Couchi
vixit A. 1282. -- 1308.

5.) Waleramus,
Dominus de Lynejo A. 1262,
et Sator istius stirpis,
†. cum fratre in pugna
Waroncina,
Uxor

6.) Iohanna de Beaurevoir.

7.) Philippa,
†. d. 8. April. A.
Maritus
Iohannes C. Hannoniae
et Hollandiae,
†. d. 12. Sept. A. 1305.

8.) Elifabetha,
†. d. 25. Sept. A. 1295.
Maritus
Guido, Eominus de Dampetra,
C. Flandriae, 1251.
Marchio Namurcensis, 1264.
†. in carcere Compendii A. 1304.

9.) Margaretha,
caelebs
vixit A. 1293.

HENRICVS III.
C. Lucemburgensis,
postea et Imperator.
hujus nominis
VII.
videatur
in
TABVLA V.

20.) Walleramus,
C. Lucemburg.
Rupensis et Marchio Arlunensis,
†. A. 1311. in castris
ante Brixiam,
sep. Veronae.

21.) Balduinus,
n. A. 1285.
Archiepiscopus Trevirensis
d. 7. Dec. A. 1307.
Procurator Archiepisc. Moguntini,
A. 1319. et 1328.
†. d. 21. Jan. A. 1353.
sep. in choro Eccl. S. Nicolai
Trevir.

12.) Filius Notbus
ob caedem uxoris
jussu Balduini fratris
rota necatus

13.) II. Filiae
Moniales Ordinis Dominicani.

1789

1790

1791

1792

1793

1794

1795

1796

1797

1798

1799

1800

1801

1802

1803

1804

1805

Balduinus Avennensis in Chronico c. XX. p. 26. *Secunda quinque filiarum Comitis Roberti de Drewes et de Brana (Drocensis) nupsit Comiti Barrensi Henrico, qui ex ea plures genuit filios et filias. -- Una vero filiarum Comitis Barri nupsit Domino Henrico de Luceburg, filio Comitissae Ermenfendis, Comitis Namurcensis, Henrici Coeci filiae, et hic Henricus, Comes de Luceburg ex uxore sua plures genuit filios et filias.*

Albericus ad A. 1219. p. 504. *Comes Barri Henricus nuptias suas fecit ducens in uxorem filiam Comitis Roberti nomine Philippam.*

3.) Diploma ex archivo Luxemb. in du Chesne probat. Luxemb. p. 81. *Vniversis -- Henricus, Comes Lucemburgensis, Rupensis, Marchio Arlunensis salutem -- volentes itaque carissimi patris nostri, Henrici piae recordationis, quondam Comitis Lucemburgensis, nec non Dominae Ermenfendis, ejus matris, facta -- perpetuo -- observari -- Actum et datum Anno Domini 1282.*

Magnum Chronic. Belgic. p. 158. *In eo bello (ad castrum Woronch) interierunt Henricus Comes Lutzelburgensis, Dominus Walramus (de Rupe) ejus frater, et duo alii fratres -- Fuit commissum die Bonifacii, Mensis Junii die quinta A. D. 1288.*

4.) Balduinus Avennensis p. 28. *Quatuor autem filiarum supradicti Thomae de Couchi, Domini de Vervino, primogenita, nomine Yolendis, Domini Arnulpho de Mortagne, Castellano Tornacensi, plures peperit filios, et filias, ut dictum est. Secunda filia, nomine Felicitas Domino Balduino de Avesnes, Domino de Bellomonte, unam peperit filiam, et unum filium. Et filia dicti Balduini, nomine Beatrix nupsit Domino Henrico de Rupe, primogeniti Comitis Lucelburgensis Henrici, ex sorore Comitis Henrici Barrensis.*

In fine diplomatis paulo ante n. 3. ex Quercetano allati:
In cujus rei testimonium nos Henricus, Comes Lucemburgensis

E 3

sis

sis pradietus, sigillum nostrum, et Dominae Beatricis, uxoris nostrae sigillum, quam etiam ad observationem omnium et singulorum, in presenti litera contentorum, obligatam esse volumus, - presentibus literis apposuimus, et apponi rogavimus, et obtinimus.

Johannes Rex Bohemiae in literis Apologeticis Ordini Praedicatorum, ob intoxicationem patris sui infamato, datis in Baluzii Miscell. lib. I. p. 163. *Et similiter avia nostra Domina Beatrix, mater dicti Domini genitoris nostri, quae post eum aliquo tempore supervixit, fecit se inter sorores pradieti ordinis sepeliri.*

5.) *Charta traditionis terrae Lynceii in du Chesn. probat. Luxemb. p. 90. et in Oliv. Vredii P. I. Probat. Genealog. Comit. Flandr. Tab. II. p. 50. Nous Henris, Cuens de Lucembourg, et de la Roche, et Marchis d' Erlons; Et nous Marguerite sa fame, Comtesse et Dame de ces mesmes lius, faisons savoir a touz, que nos avons donei a Walerant, nostre fils, en heritage Linei, et la chastelerie -. Ce fui fait et donei l' an de grace nostre Signor, quant li miliaires corroit par nil et deus cens, et sexante deus ans, le jor de la feste S. Lucie, en mois Decemb.*

Aliud diploma apud eundem: Henricus Comes Luxemburgensis. Rupensis, et Marchio Arlunensis salutem -. et ad majorem etiam securitatem observationis dictae libertatis dilecti nostri fideles nobilis viri Walerammus germanus noster, Dominus de Lineyo -. juraverunt. Actum et datum Anno Domini 1282.

Io. Hocsemius in Hist. Episcop. Leod. ad A. 1288. *Anno Domini 1288. die Sabati, Nonas Junii, in die Bonifacii bellum apud castrum Waronc famosum committitur et insigne -. Dux Brabantiae Johannes exercitum colligit -. In auxilio vero Comitum Geldriae Coloniensis Archiepiscopus, Comes Lutziburgensis cum suis fratribus et dominus de Falcomonte faerunt -. Dux ex hoste triumphat -. Quo Lutziburgensis Comes devenerit, igno- ratur. Wallranus, pulcherrimus hominum, frater ejus, et frater*

frater Coloniensis Archiepiscopi, cum ceteris in prelio ceciderunt.

6.) Du Chesne in probationibus p. 92. Genealogiae Luxemburgicae provocat ad diploma de A. 1300. extans in tabulario ecclesiae collegialis Ligniacensis, quo Henricus Luxemburgicus Dominus Lignii, pro quiete patris sui Walerami, et matris Iohanna de Beaurevois anniversaria sacra perpetua instituit.

7.) Diploma in du Chesne probat. Luxemb. p. 89. *Atous chieux — Philippe Comtesse de Haynaut — comme no chiere et amée suer Beatris Comtesse de Luxembourg venist par devant nous pour ahireteir no chier nepueu Comte de Lucembourg son ayne fils de toute la terre, qu' elle tenoit, pooit, et devoit tenir en fief en le contrei de Haynault de no chier fil Guillaume par le grace de Dieu Comte de Haynault et Hollande — Ce fut fait et donnei a Valenchiennes l' an de grace nostre Seigneur mil trais cens ot vvit le Vendre dy apres closes pasques au mois d' Avril.*

Io. a Leidis lib. XXVI. c. 1. iam universae carnis Ioanne Domicello et Comite Hollandensi ingresso (A. 1300.) Ioannes, Comes Hannoniae, Filius Ioannis de Avenes ac Adelheydis sororis serenissimi quondam Regis Romanorum Wilhelmi effectus est XVII. Comes Hollandiae, Zelandiae, et Dn. Frisiae — . Hic habuit uxorem Philippam, filiam Comitis de Luxenburch, de qua genuit Ioannem sine venia de Oestervant Wilhelmum bonum C. Hannoniae et Hollandiae sibi succedentem, Ioannem de Badmont seu de Bellemont, C. Blesensem et Suesionensem; Deinde Henricum, Canonicum Cameracensem, Margaretam Comitissam Atrebatensem, Adelheydim, Comitissam Claremontensem, Mariam, Comitissam de Barbanoyss, et Machteldaim, Dominam de Nycte. Et cap. 20. A. D. 1305. Ioannes C. Hannoniae et Hollandiae gavisus de Wilhelmi Comitis de Oestervant filii sui triumphali victoria II. Idus Septembris requievit in Domino et sepultus in urbe Valescenorum honore congruo. — Ejus uxor Philippa VIII. Idus April defuncta est, quae penes eundem virum suum in Hannonia tumultata est.

8.) Io-

8.) Iohannes Hocsemius in Hist. Ep. Leodiens. ad a. 1270. His temporibus Guido Comes Flandria cum Namurcum obsideret, quod ad se pertinere dicebat. Ioannes Comes Hannonia, filius Ioannis de Avennis asserens, quod Comes Lutzelburgensis illud in feudum tenebat ab eo obsidionem solvere properabat, sed factis matrimonii concordantur. Guido namque Flandrensis cum Comitatu Namurcensi filiam Comitis Lutzelburgensis accepit uxorem, cuius etiam soror Comiti Hannonia copulatur, a quo Guido dictum Comitatum in feudum relevavit.

Idem ad a. 1288. Isabella Flandria Comitissa soror dudum Comitis Lutzelburgensis in bello contra ducem, sicut pramittitur interfecti terra dotis sua Namurcensis, dominum de Falcomonte praefecit, ut per hoc Ducem gravius infestaret.

Pacificatio inter Henricum C. Luxemburgicum et Guidonem C. Flandriae in Oliv. Vredii P. II. probat. Geneal. Flandr. p. 50. Je Henris, Cuens de Luxeleburg et de la Roche, et Marchis d' Erlons, fas a savoir a tous, ke come entre moi et les miens d' une part et noble home Guion, Conte de Flandres - - fust et eust estei grans contens et gverre pour la Contei de Namur, et concorde en fut faite entre moi et lui - - par mariages - - donroie Isabel ma fille, au Conte de Flandres devant dit - - Donnees en l' an d' incarnation 1264. el mois de Mars.

9.) Charta ibidem et in probat. Luxemburg du Chesne p. 89. A tous ceaux - - Margarite Demoiselle de Luxembourg - - sacent tous ke comme nostres chers Sires et nies Henry Damoiseaus Cuens de Luxembourg, Sire de la Roche et Marchis d' Arlon - - Et requerons et avons requis nostre chier Seigneur Monseigneur le Comte de Flandres et Marchis de Namur, et nostre chiere Dame et sereur me Dame la Comtesse de Flandres, que en tesmoignage des choses dessus dictes vuelent mettre leur seaulx a ces presentes lettres avoesh le no. Et nous Guys, Guens de Flandres et Marhis de Namur, et Isabeaus, Comtesse de Flandres a le requeste de noble Damoiselle nostre chiere sereur Margherite

gherite Damoiselle de Lutzembourg avons mis nos saiaulx — Ce fut faict en l' an de l' Incarnation 1283. le Samedi apres la decollation. St. Jehan Baptiste au mois de Septembre.

10.) Diploma in du Chesne probat. p. 84. Nous Henry, Cuens de Lucelbourg et de la Roche, et Marchis d' Arlons, faisons savoir a tous, que Walerans, nostre filz, est devenu hoirs liges a Henry son frere, nostre aimei filz, et ait reprit de luy maintenant Rossy, et les appendisses -- -- Ce fut faict l' an de grace mil deux soixante et dix, le lendemain des octaves de Pasques au mois Apuril.

In alio diplomate ibidem f. 89. A tous chieux, qui ces presentes verront et oyront, Philippe Comtesse de Haynaut; salut etc. Comme no chiere et amee seur Beatris, Comtesse de Luxembourg, venist par devant nous, pour adberiteir no chier neveu, Henry, Comte de Lucembourg, son aisne fils, de tante la terre, qu'elle tenoit -- -- en fief en le contrei de Hainault -- -- et s' en desherita bien et a loy, pour aberitier Monsieur Walerand, son frere -- -- Ce fut fait et donnei a Valenchiennes l' an de grace nostre Seigneur mil trois cens et vvit, le Vendredy apres closes Pasques, au mois d' Avril.

Albertinus Mussatus de gestis Henrici VII. lib. IV. rubr. 13. post annum 1311. d. 12. KL. Junii: Sed ecce diebus his fortuiti casus deplorandus eventus, qui Golerani, Regis fratris, ad spectaculum immissi ignes per Brixianos interiores in ligneum propugnaculum, quod ad superandos urbis muros Germani construxerunt, occurrentis tragula gulam trajecit, lethaleque vulnus illum paucos post dies vita exiit. Cujus corpus Veronae delatum magnificis exequiis humatum est.

Gesta Balduini lib. II. c. 12. Dum Dominus Walranus, frater Regis et Domini Baldewini germanus exercitum circuiret, emissa de muro sagitta ad colli et humeri conjunctionem -- --

F

viam

viam universi carnis est ingressus, quem in Verona — tumularunt.

Laur. Pignorius in not. ad Mussatum p. 19. *Galerani sive Walrani cadaver elatum fuit ad D. Anastasiae, ubi ad A. usque 1560. loco edito parieti insertum conquievit. Quo anno sepulchrum disturbatum est, et humi conditum cadaver, quod etiam tunc aurea Caesarie insigne erat, conspectumque per tres circiter horas fuisse passim, abiisse deinde in cineres retulit mihi Fernandus Comes Nagarola.*

11.) *Gesta venerabilis Domini Baldewini de Luczenburk, Treverensis Archiepiscopi in Baluzii Miscell. lib. I. p. 95. et quidem lib. I. c. 2. A. D. 1307. die VII. mensis Decembris, capitulo Trevirensi coadunato -- a maiore et saniori parte capituli, venerabilis Dominus Baldewinus de Luzelinburch, Praepositus et Canonicus dictae ecclesiae, adhuc ipso Parisiensi studio fideliter mancipato, anno nativitatis ejus XVII, in gaudium -- in Trevirorum erat Archi-Episcopum sollemniter postulatus. Cap. VI. An. Dom. incarn. 1285. nobilibus de parentibus, videlicet Henrico, Comite Luczelinburgensi, patre, et domina Beatrice et Bellemonte in Hannonia, matre, Dominus Baldevvinus existit nobilis natus. Avus ejus eodem nomine Henricus dictus Blondel Fuille. -- -- Baldevvinus vero nondum trimatus anno completus, patre orbatus. Lib. III c. 4. ad a. 1319. Isto tempore Dominus Petrus Moguntinensis Archi-Episcopus -- defunctus seculo -- Quo defuncto Moguntinense Capitulum ante Argentinam venit ad Dominum Baldevvinum totaliter congregatum, & ad sanctam Moguntinensem sedem in Capitulo concorditer ipsum postulaverunt. Et ecce non post multum temporis intervallum venit quidam nigrorum de ordine monachorum, Matthias nomine, electus et confirmatus a Papa in Archi-Episcopum Moguntinensem destinatus, qui se omnimode in Domini Baldevvini gratiam donavit, electionem Dni Ludovici Regis per Dnum Baldevvi-*

131677

nam approbavit, & cum ipso sibi utiliter conspiravit, Vnde Dn. Baldevvinus ipsum a Capitulo in Archiepiscopum receptari feliciter procuravit, de sua postulatione facta gratiarum multimodas referendo actiones. Cap. VI. ad a. 1327. Eodem anno Matthias Moguntinensis Archiepiscopus viam universa carnis fuerat ingressus. Hic fratres Moguntinenses Capituli Duum Baldevvinum in suum Archiepiscopum unanimiter postularunt, & postea Dnum Baldevvinum in propria venientem persona suae diocesis tutorem fecerunt, & castra & munitiones in ejus manus assignarunt. -- -- Isto tempore Dominus de Wirnenburch Henricus a Papa fuerat in Archiepiscopum electus, confirmatus eisdem, & directus. Cui canonici crimina imponendo, & defectus ad sedem apostolicam appellunt: Cap. X. ad a. 1352. Dnus Baldevvinus xv. Kal. Februarii Treverim reversus, infirmitatis molestia gravatus, receptis Sacramentis, et autoritate apostolica a poena, et culpa absolutus, xii. Kalendas Februarii circa crepusculum, spiritum suo -- reddidit creatori, in die St. Agnetis anno Domini 1353. more Treverico scribi consueto, anno nativitatibus suae LXVIII. Sedet annis quadraginta sex, septimanis sex, dies quatuor, & vacavit dies duodecim, cujus exsequias Capitulum sollemnissime per Episcopum Vlmacensem, cooperante Episcopo Aconense, et Abbate -- infulato, xii. Kalend. Martii, presente Domino Karolo Rege, & pluribus magnatibus peragendo celebravit. Requiescit in posteriori choro Ecclesiae Treverensis St. Nicolai sepultus -- -- Epitaphium praescripti Domini, ut habetur in ejus tumba:

Hic Baldwinus jacet antistes Treverinus,
Magnificus, justus, patriae lux, mente venustus,
Lutzulunburch natus, septeni denique gratus
Caesaris Henrici germanus juris amici,

F 2


Utilis

*Utilis ecclesie pater hujus dote Sobpie,
 Quam bene respexit augens permultaque, rexit
 Sex quadraginta fere simul annis, quis sibi vere
 Guerra frequens crevit graviter, quia raro quievit
 Vincere pradones et castra per obsidiones
 Anno milleno C ter L. 1. ter duodeno
 Carne Kalendarum fuit exutus Februarum
 Quem pie Rex Christe clementer ad
 athera siste
 Amen,*

12.) *Gesta Balduini lib. I. c. 9. Baldevvinus extermina-
 tor iniquorum rigidissimus, in judicio justissimus habebatur. Nam
 proprium occulte nationis fratrem, qui propriam uxorem occulte
 interfecerat spe solemnioris, optimo licet ab Archi-Episcopo pro fratre
 esset reputatus, supplicio rotali interimere permisit.*

*Magnum Chron. Belgic. p. 286. Balduinus Judex stri-
 ctissimus extitit. Nam fratrem proprium facto homicidio uxoris
 propria spe melioris habende uxoris, cepit, & rotali supplicio
 occidit.*

13.) *In litera testimoniali Iohannis R. Bohemiae Bernar-
 do de Monte peluciano data in Mabillonii Miscell. lib. I. p. 163.
 Due etiam amite nostrae, sorores praedicti Domini genitoris
 nostri, habitum praedicti ordinis susceperunt, quarum una fuit
 Priorissa in quodam monasterio, et sic professa in dicto
 ordine usque ad mortem permanserunt.*



ASSER-

TABULA V.
FAMILIAE AVGVSTAE LVCEMBVRGBENSIS.

- 1.) HENRICVS III, C. Lucemburgensis et Ruperis, Marchionis Arlunenſis, F. Henrici II. C. Lucenburg. ex Beatrice Avennenſi in TAB. IV. electus Rom. Imperator hujus nominis VII. Francofurti d. 27. Nov. A. 1308. coronatus Aquisgrani d. 6. Jan. A. 1309. Aediolani eod. die A. 1311. Roma d. 29. Jan. A. 1312. f. Bonconventi d. 24. Aug. A. 1311. ſep. Piſi.
Uxor: 1.) I. Margaretha, F. Johannis I. D. Brabantia ex Margaretha Flandrigena, nupta A. 1292. f. Janua in Lombardia d. 13. Decembr. A. 1312. ſep. in monaſt. Fratrum Minor. Janua.
2.) II. Catharina, F. Alberti I. Imp. ex Eliſabetha Carinthiaca, deſponſata modo A. 1313. uxor poſtea Caroli D. Calabria F. Roberti, R. Sicilia, f. d. 21. Sept. A. 1314. ſep. Neap.

- 4.) Johannes, C. Lucemburgensis, R. Bohemia & Polonia, nat. A. 1298. coronat. d. 5. Febr. A. 1311.
f. in clauſe Creſſica Gallorum d. 27. Aug. A. 1346. ſep. Lucemburgi in monaſt. D. Virg.
Uxor: 5.) I. Eliſabetha, F. Wenceslai IV. R. Bohem. ex Julitha Habſburgica nat. 1291. nupta A. 1309.
f. 28. Sept. A. 1330. ſep. Praga in aula Regali.
6.) II. Eliſabetha, F. Friderici Pulchri, D. Auſtr. & Imp. ex Iſabella Arragonia, deſponſata A. 1333. deinde neglecta,
f. d. 23. Octobr. A. 1336. ſep. in monaſt. Maaſbach.
7.) III. Beatrix, F. Ludovici, C. Caravontan & D. Barbonii, ex Maria Hamuonienſi, nupta m. Decembr. 1344.
Uxor poſtea Eudonis, Domini de Granſcy, f. 27. Dec. A. 1381. ſep. Pariſ. in aede Jacohinerum.
- 8.) Maria
nat. 1304.
deſponſata 24. Aug. A. 1312.
f. 25. Mart. A. 1324.
ſep. apud. St. Dionyſ.
Maritus
Carolus IV. I. Pulcher,
R. Gallia,
f. 1. Febr. A. 1327.
- 9.) Beatrix,
nat. 1305.
nupta 24. Jul. 1318.
f. die St. Martini A. 1319.
ſep. waradini.
Maritus
Carolus, R. Hungaria,
f. d. Jul. A. 1342.

CAROLVS IV. Imperator, videatur in TABULA VI.	10.) Margaretha; n. 1313. nupta m. Jul. A. 1312. f. 10. Jul. A. 1341. Maritus Hainricus Senior, D. Inf. Bavar. in Landsbutt f. A. 1339.	11.) Gutta, n. 1315. quinque frustra deſponſata, denum nupta 6. April. A. 1332. f. 11. Sept. A. 1349. ſep. in Abbat. Maaſſon. Maritus Johannes, tunc. D. Normannia, poſtea A. 1350. Rex Francia, hujus nominis II. f. 8. Apr. A. 1364.	12.) Ottocarus; f. d. 20. Apr. A. 1320. ſep. in Aula Regia.	13.) Anna, nupta A. 1329. f. 5. Sept. A. 1338. Maritus Otto, D. Auſtria, f. d. 16. Febr. A. 1339. Ambo ſepulti in Novo Monte.	et 14.) Elifabeth, f. m. Auguſt. A. 1324. n. 27. Mart. A. 1323.	14.) Johannes Hainricus, n. d. 12. Febr. A. 1322. Marchio Moravia, A. 1349. f. d. 12. Nov. A. 1375. ſep. in templo S. Thoma ſub caſtro Spilberg. Uxor: 15.) I. Margaretha, F. Henrici, D. Carinth. & C. Tirol. ex Adelheida Brunſuicenſi, nupta A. 1317. per divorſium ſeparata A. 1341. f. d. 13. Mart. A. 1366. 16.) II. Margaretha, F. Nicolai II. D. Oppavia & Anna Ratiborienſ. nupt. A. 1350. 17.) III. Margaretha, F. Alberti II. D. Auſtr. et Iohanna Forreſana, Viduaque Aleinbarti IV. C. Tirol. poſt. A. 1361. 18.) IV. Filla Domini de Waideſee.	19.) Wenceslaus, Dux primus Lucemburgicus, d. 13. Mart. A. 1354. & Dux Brabantia & Limburgi, A. 1355. f. d. 8. Dec. A. 1384. ſep. in Aurea Valle. Uxor: 20.) Johanna, F. Job. III. D. Brabant. ex Maria Eboricenſi, & Vidua wilibelmi IV. C. Holland. nupta m. Mart. A. 1352. f. A. 1406. ſep. ap. Carmelit. Bruxella.	21.) Nicolaus, F. natural. Patriarcha Aquiſienſi, A. 1354. f. A. 1362.
--	--	--	---	--	--	---	--	---

Ludovicus Sator
Linca Andegavenſis poſterioris,
ex qua Reges Neapoliſ.

Philippus Audax Sator
Linca Burgundica poſterioris.

- 23.) JODOCVS
n. A. 1351.
Marchio Moravia A. 1375.
& Braudenburgenſis A. 1388.
Imperator elect. d. 19. Sept. A. 1310.
f. 8. Jan. A. 1411.
Uxor
24.)
- 25.) Procopius,
Princeps Znoyma.
f. 24. Sept. A. 1405.
- 26.) Johannes Sobieslaweck,
Epiſcopus Lythomienſis,
- - - Olomuenſis, 1387.
Patriarcha Aquilegenſis.
- 27.) Catharina
- 28.) Eliſabeth.
- 29.) Eliſabetha, f. 20. Nov. 1400. ſep. in baſilica Miſnenſ.
Uxor
Wilhelmi Coelitis, March. Miſnia,
f. 10. Febr. A. 1407.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

ASSERTIONES

TABVLAE V.

I.) **D**iploma ap. du Chesne probat. 86. *Nous Beatrix Comtesse de Luxembourg et de la Roche, et nous Henris, ses ainsneis filz, Damisiaus de Luxembourg, faisons scavoir -- Ce fut faict l' an de grace mil deux cens quatre vins neuf, le Samedy devant feste St. Jake et St. Christofore.*

Alia ibidem: Nous Henris, Cuens de Lucembourc, et de la Roche, et Marquis Erlons; Faison savor a tous, que nous avons promis et promettons a tres excellent Prince Philippe, per le grace de Dieu, Roy de France, present et recevant nostre promesse, que nous et Baudouin, nostre tres chier frere, a quelquonque estat, que celui Baudouin viegne etc. Donne a Lyon l' endemain de l' an neuf, l' an de grace mil trois cenz. et cinc.

Albertinus Mussatus lib. I. de gestis Henrici VII. Cas. rubr. I. Comitum de Lucemborc prosapia aequae nobilis antiquis orta stirpibus, quos magis memorabiles fecit armorum bellorumque stremitas. Ex his proditus Henricus, qui patre, fratribusque patris duobus in bello, quod inter ipsos & Comites Brabantiae gerebatur, amissis, fratribus videlicet patris ac duobus privignis in acie occisis, et patre vivo ab hostibus capto, & dum se are redemptum magnum pondus pollicetur, tamen gladiis confosso, & in proximum flumen jacto, cum tribus reliquis, eodem patre natis superstes, mansit paterna domus major, ut primogenitus lege Gallica.

Gesta Balduini lib. II. 1. Regalis dignitatis celsitudine regni Romanorum per lamentabilem mortem quondam Alberti regis non modicum disturbata, Dominus Baldevvinus alique sex coelectores villam Renye -- concorditer diverterunt, ubi A. 1308. -- Dno Baldevvino id procurante, in ipsis fratrem, Dominum Henricum, Comitem Luzelinburgensem in futurum Romanorum

Regem eligendum, suis exigentibus meritis, communiter concordarunt. -- Vnde Dnus Baldevvinus aliique sui coelectores cum totius Almannia Principibus nobilibusque ipsum Franckenfort ad locum electioni deputatum duxerunt, et ibidem -- Anno 1308. xxvii. die mensis Novembris in Regem Romanorum vivis vocibus concorditer elegerunt. Ibidem describitur Capite II. Henrici VII. coronatio Aquisgranensis die Epiphaniæ eodem anno peracta Cap. X coronatio Italica Mediolani VIII. Id. Jan iterum die Epiphaniæ Domini A. 1312. celebrata, teste etiam Mussato lib. I. rubr. XII. et Cap. XIV consecratio ejusdem Imperialis d. 29. mensis Junii eodem anno Romæ in St. Iohannis Lateranensis templo facta, consentiente iterum Mussato libr. VII. rubr. VII. Denique de Imperatoris huius obdormitione Gesta Balduini Cap. XVII. hæc referunt: *Henricus ad vesaniam Roberti Sicilia Regis perdomandam versus Neapolim -- iter capiendo, & veniens Bonconvent, eodem anno 1313. xv. Augusti, id est, assumptionis B. Mariae Virginis, missam more solito devote audiebat, & à quodam ordinis Prædicatorum religioso dominici Corporis Christi sacramentum devote recipiebat, cujus sodalis ejusdem professionis ablutionem sumendam in calicem fundebat, quem ipse Imperator fidelissime sumebat, & statim postea totius corporis molestiam sentiebat. Postea sui prudentissimi intelligentes medici ipsum nulla infirmitate alia, quam intoxicationis materia graviter laborare, sibi indicarunt, devotissime supplicarunt, quod hanc intoxicationis materiam sineret eos per inferendum sibi vomitum radictus revocare. Quibus fertur respondisse: Malo migrando ad dominum diem claudere extremum, quam generale scandalum in sacrum Dominicum, & detrimentum christianorum. Et sic in illa infirmitate usque ad diem Augusti xxiv. laboravit, qui est dies Bartholomæi, omnium Apostolorum secundum sanguinem nobilissimus, spiritum suo, qui fecit illum, reddidit creatori. -- -- Corpus vero ejus a Domini Henrico de Flandria, Marschalco suo & suis fidelibus flebiliter lamen-*

lamen-

lamentantibus Pisis fuerat relatum, aromatibus conditum, Imperiali more redimitum, in ecclesia Pisana eodem anno secunda die Septembris solemnissime fuerat terra commendatum.

Mullatus lib. XVI, rubr. 8. *Cesar — antequam dimotis tenebris aurora rutilaret, pervigil data noctis tadio affectus signo tollendorum castrorum dato consurrexit, & ad Bonconventum contendit, pagum senis XII. millibus passuum distantem, gravescente morbo ap. S. Bartholomaei Basilicam triduo recubuit, ubi VIII. Septembrius Kal. An. 1313. hora nona ipso St. Bartholomaei festo expiravit; Anno aetatis suo uno & quinquagesimo, mense uno, diebus 12, regni sui anno V. Imperii vero anno primo, mense uno & diebus viginti quatuor. Triplex illius interitus causa deprehensa est, una in nate sub genu lethalis ulceris, quod Physici Antras vocant; altera scissa ab stringuria vesica, quo morbo assidue laborabat, tertia pleuresi. Tulere cadaver commilitones Germani, & superposuere lectica vivum virum, sed egrum, simulantes, sed intolerabiliter olentis in Paganico Senense Colonia noctu consumto ignibus humore, conditas aromatibus in utres reliquias per maritima maturo gressu ad suas Pisas advexere, ubi multum suorum luctu secus altare Basilicae cathedralis humatus est.*

2.) *Magnum Chronicon Belgicum p. 258. Anno quarto post bellum de Woronch, videlicet A. d. 1292. Anno ducatus ejusdem Iohannis XXXII. inter Henricum Lutzelburgensem Comitem, filium Henrici in bello Woronch occisi & Ducem Iohannem pax reformatur. Henricus enim Margaretham filiam Iohannis Ducis ducit uxorem dispensante cum eis Nicolao Papa quarto, super matrimonium contrahendo: eo quod tertio consanguinitatis gradu sibi invicem jungerentur.*

Cognitionis huius rationem sequenti schemate exposuerunt Viri, de historia Germanica instaurata optime meriti, Nicolaus Hieronymus Gundlingius P. II. Gundlingianorum Obs. VII. §. 4. & Dithmarus in not. ad Teschenmach. p. 436.

Marga-

Margaretha Com. Flandriae et Hannoniae.

Maritus,

1) Borchardus, Com. Avennensis, et Dn. Bellimont.

2) Guido Dn. Dampetrae.

I.
Balduinus C. Avenn.
et Bellemont.

Vx.

Felicitas de Couchis

Beatrix.

Maritus,

Henricus II. Com.

Luxenburgic.

Henricus III.

et VII. inter Im-
peratores.

2.
Guido Com. Flandr.

Vx.

Mathildis Bethunens.

Margaretha.

Maritus

Johannes I. D. Brabantiae

Margaretha

CONIVGES

et

duorum Fratrum
uterinorum

Nepotes.

Chronicon Nivellense continens Ducum Lotharingiae & Brabantiae genealogiam ex profapia Karoli M. P. I. p. 133. Hic Ioannes Dux Lotharingiae & Brabantiae, Princeps, Marchio, & Gladiator Imperii & tandem Dux de Lembourch effectus est, qui duxit Margaretam F. St. Ludovici R. Francie, ex qua genuit filium; quae post modicum cum filio suo defuncta est. Postea duxit Margaretam, F. Guidonis Comitis Flandriae, ex qua genuit duos filios Iohannem & Godefridum — — & duas filias, videlicet Mariam, Comitissam Sabaudia & Montium, & Margaretam quam duxit Henricus, Comes de Luzelburg, qui postea factus est Romanorum Imperator, ex qua genuit Iohannem Regem Bohemiae, & Mariam uxorem Karoli R. Francie.

Gesta

Gesta Balduini *Lib. II, c. 1.* Henricus Imp. cum domina Margareta, sorore Iohannis Ducis Brabantiae, sua collaterali praedilecta, ita continenter a tempore contracti matrimonii creditur vixisse, quod nunquam ad aliquam aliam adhuc post ejus obitum dicitur accessisse; Et Cap. III. *Causarum multarum* expeditione facta Ianua Domina Margareta Regina cepit multum egrotare & infirmitatis crescente molestia, ducta fuerit ad extrema, & suo spiritum, qui condidit illum, reddidit creatori. -- -- Luctu maximo & lamentatione corpus ejus conditum aromatibus ibidem apud Minores decentius per Episcopum, & multos nobiles terra fuerat solemnissime commendatum, multisque miraculis divinitus ibidem corruscabat Anno d. 1311. die XIII. mensis Decembris.

Alb. Mussatus *Lib. I. rubr. 3.* Henricus Imp. Margaritam ducis Brabantiae filiam adolescentem imberbis & ipse duxit uxorem, ex qua Iohannem filium primogenitum procreavit. *Rubr. 13.* Augusta annum jam sextum & trigesimum agens impuberis, habet aspectum. *Lib. V. rubr. 4.* Per eosdem dies natura corruptibilis, nullum passa humani ingenii seu speculationis effugium in serenissimam ac clementissimam Margaritam Augustam sua ostendit perpetuae alterationis officium. Nam sex ferme dierum spatio aëris pestilentis apud Brixiam, ut asseruere Physicorum optimi, cordialiter infecta, quanquam tam diu sub latente serpigine -- vita subtracta est apud Ianuam, in palatio heredum Benedicti Zacharia in urbis appenditiis, ubi Besagnum dicunt, ad partem Orientalem juxta mare. Cujus corpus more regio purpura indutum, cum aurea corona capiti superposita, ad fratrum Minorum cœnobium sub frequentia mirabili delatum est, ibique cum exequiarum -- solennibus in choro ecclesiae juxta altare depositum in sarcophago plumbeo, non tamen lapidibus, auroque stabili conclusum, cum & inde in tempore tolli & in Alemanniam deferri debere putaretur, sicque fama predicaret. Hujus insignis memoria dies festus erat B. Luciae Virginis A. D. 1311.

G

3.) Alber-

3.) Albertus Argentinensis p. 110. *Venerat etiam mater Imperatoris, Filia Comitis Flandriae, cum filia Siculo danda usque Basileam, ad Casarem profectura. Ducebatur etiam domina Catharina soror ducum Austriae, quondam Alberti Rom. Regis filia, Imperatori nuptura; & p. 105. Ex Alberto, qui habebat Elisabet, filiam Comitis Tirolis, antequam pater promoveretur in Regem -- creati sunt -- -- VIII. Catharina desponsata Henrico Imp. eoque defuncto, duci nupta Calabriae, filio Regis Ruperti Sicilie, sine liberis est defuncta.*

Hagenus in Chronico Austriae Germanico p. 1140. Die fünffte tachter Chünig Albrechts ward Katharina genennet / die ward geben Chaiser Hainreich den VII. - der stund in Lamparten mit Chaiserlichen Eren und Wesen / und hett also geschafft und geschicket / daß man die Juneffraw ihm solt bringen mit ersamer Zier. Also ward Sie gen Lamparten geführet / do man sie solt Meheln dem Chaiser. Und do sie gen Badaw chomeu / do ward Ir gesagt / daz in aller Biderbheit der Ersam Chaiser Hainrich Ir Breuetigamb wer mit Gift getödtet. Die Edell und lautter Juneffraw Kathrey ercham von diesen Merven und belaiß etwe lang zu Badaw / und daselbst waren Herrn / die waren dar gesendet in Botschaft von Chünig Ruprechts von Cecilien und Jerusalem / und von Büllen. Do die laidigen vier vernomen von der beraubten essenden Brawtte / do santen sie gen Oesterretch ain herliche Botschaft zu dem Herzogen / derselbem Juneffrawen Brüdern / und baten Sie / daz sie geben Ir Schwester Kunig Ruprechts Sune zum Weibe. Des wurden sie da gewert und geert. Also lag Juneffraw Katharina mit würdigen Eren bey Chünig Ruprechts Sune / der do was ain Herzog zu Callabria -- wie wol daz er doch vor dem Vater starb. Und also ward Braw Kathrey ein Wittib / und ward gechlaidet mit den Chlaidern der Swestern sand Chlaren / und ist in demselben Münster begraben.

Anony.

Anonymus Leobienſis in Chronici lib. IV. c. 7. ad a. 1312. meminit quidem etiam hujus deſponſationis, peccat tamen in eo quod eandem ante coronationem Romanam Henrici Imp. tranſactam dicit; Poſtea ad a. 1314. Catharinam Duci Kalabriae ſociatam fuiſſe refert. Et lib. V. c. 5. ad a. 1324. *Hoc anno, inquit moritur Duciffa Kalabriae in die B. Matthiae Apoſtoli, ſoror Ducum Austriae, & in Neapolim tumultatur.*

4.) Littera testimonialis de innocentia Bernardi de Monte Peluciano, fratris ordinis Praedicatorum, veneficii horrendi inſimulati ap. Baluzium l. c. & in Lunigii *Specilegii eccleſiaſtici* P. L. c. 1. n. XCIIIX. p. 192. *Johannes D. Gr. Bohemiae Rex, Lucemburgenſis Comes, univerſis — — — Nuper autem retulit coram nobis religioſiſſimis, Pater Petrus de Caſtro Reginaldi, Ordinis Fratrum Praedicatorum, quod in magnum ipſius Ordinis dedecus & contemptum facti ſunt Romancii, Chronica, & Moteti, in quibus continetur, quod clara memoria Dominum & genitorem noſtrum, Imperatorem Henricum, frater quidam Bernardus de Monte peluciano, ordinis ſupradicti, adminiſtrando ei Sacramentum Euchariftiae, venenavit. — — Datum in Caſtro noſtro de Magduno ſuper Euram, Bituricenſis dioceſis XVII. Menſis Maji A. 1346.*

Carolus IV. in commentario de vita ſua ad filios in Freheri ſcriptoribus Bohemic. p. 88. *Cupio igitur vos non latere, quod Henricus VII. Rom. Imp. genuit patrem meum nomine Joannem ex Margaretha, D. Brabantiae filia, qui duxit uxorem nomine Elizabeth, F. Wenceslai II. Bohemiae Regis, & obtinuit Regnum Bohemiae cum ea, quia maſculinus ſexus in progenie regali Bohemorum defecerat, & expulit Henricum Catharinthia Ducem, qui habebat in uxorem ſororem ſeniores uxoris ſuae dictae, quae mortua eſt in poſterum ſine prole.*

Albertus Argentinenſis p. 136. *Congredientibus autem primis ad conſlictum circa meridiem Sabbathi poſt Bartholomaei Apoſtoli A. D. 1346. — Ceciderunt inter alios Johannes, Rex Bohemiae,*

hemia, qui Cæcus fuerat, & se ad conflictum fecit adduci -- --
 Anglus autem post recessum inimicorum videns Ioannem R. Bohem occisum, dolens super eum dixit: Alter lectus Regem Bohemiae deceret, quam sic jacere in terra; Celebratisque solennissimis exequiis ejus ipsum in Lutzelburg, cum XII. dextrariis habentibus arma Bohemia deorsum versa transmisit.

Hainricus Rebdorfada. 1346. Eodem anno XXIII. die mensis Augusti, que est in vigilia (S. Bartholomæi) in Sabbatho in Picardia sub districtu Regis Francia, juxta civitatem Amarii, commissum est magnum bellum inter Reges Anglia & Francia -- -- & Anglici -- fugam simulantes per duos dies, (nempe XXIV, et XXV, Augusti) tertia die, quæ fuit a die Mercurii, aggressum est bellum, in quo Ioannes prædictus R. Bohemia, licet cæcus est occisus. Veram lectionem in corrupto hoc loco, cum librarii vitio alias legeretur: que fuit dies Mercurii, sagaciter restituit David. Blondellus in *Præfat. Apologetic. Genealog. Francicæ plen. Assert. Sect. X fol. 3. 6.* Nam de die cladis Cressiacæ valde disputant Historici. Chiffletius constituit d. XXX. Augusti. Blondellus substituit autoritate Monachi Rebdorfensis d. XXVI. Consentiant Gallici Scriptores. Bohemici contra d. XXVII. nominant. Balbinus *lib. III. Epitomes Rer. Bohem. c. 18. p. 348.* ex testimonio veterum librorum affirmat, in ecclesia Pragensi anniversarium mortuale Ioanni Regi vigiliis præmissis d. XXVII. Augusti peractum fuisse. Dubravius quoque *Lib. XXI. p. 177.* ait, diem D. Ruffi Bohemis nefastum esse, qui duos videlicet Reges bellicosissimos illis abstulerit, Ottogarum & Iohannem. Inter hos dissensus Bohemorum sententia utique verior. Nam si feria VII, sive Sabbatho post Festum diem D. Bartholomæi, feria IV. eo anno celebratum, sive d. XXIV. Aug. pugna ad Cressiacum est pugnata, necessario is fuit d. XXVII Augusti, D. Rufo in *Factis* sacer.

Ad illustrandum Alberti Argentinensis testimonium de sepultura Iohannis Regis faciunt hæc verba Broweri in *Annalibus Tre-*

Tre-

Treverensibus lib. XVII. p. 218. Cadaver Regis Lutzenburgum -- deportatum, & in perveteris monasterii templo, quod in extrema rupe arcis Lutzelburgi visebatur honorifice datum ad sepulturam. Hic, memorabili sortis humanae inconstantia, patrum memoria effossus, atque ex incendio canobii, quod ipse civis, belli metu intulerat, in adem Franciscanorum translatus; ubi olim indigna Rege sepultura, in capulo ligneo, eoque vix operto, jacentem inspeximus, post aram maximam. Postea ad sedem urbanam, quam hâc memoria Benedictini ad ripam Alsitie constituerunt, ductus defuncti honos, monumento ei in ecclesia novo locato. Quod in ade Franciscanorum a recentioribus Ioanni epitaphium positum, inprimis argutum, & opprobrantis schemate disertum, jam quoque reddamus:

*Dum Luxemburgi mea mœnia Rex capit armis
Franciscus Gallus, pellor ego e tumulo.
Qui sceptris cessi Casimiro sponte Polonis,
Regno ut Rex præsens esset uterque suo,
Qui tres Augustos genui, Qui lumine quamvis
Orbatus, pugna Cressiaca cecidi.
Fortiter affini pro Gallo Rege Britannis
Incurrrens; Tribus his non merui tumulum?*

Tantum Heroem sine epitaphio jacere non est passus Albertus, Archidux Austriae, & Gubernator Belgii, sed sua magnificentia ipsi splendidum monumentum fieri fecit, quod legitur in Fr. Svertii *Christ. Orbis deliciis select.* p. 730. & Lucae Ubralten *Fürsten-Saal. P. IV c. V. n. p. 1146.*

5.) Albertus Ardentiniensis in Chronico p. 115. *Audito autem eodem tempore, quod Elsa, puella circiter viginti annorum, grandis & bruna, olim Wenceslai regis Bohemiae filia, neptis Rodolfi Regis, Ioanni, filio Henrici Regis annorum*

circiter XL. nuptui, & cum ea ipso Iohanni regnum Bohemia traderetur, eaque Spiram cum excellenti decentia veniente, ac principe propter falsam suspensionem fornicationis illi copulare filiam dubitante: Illa mora anxio, cum causam protractionis omnino scire vellet, & a suis causam suspensionis difficulter audisset, dixit: Absit, quod Dnus Rex filium suum mihi deneget ex hac causa, quia virginitatem meam per aspectum corporis comprobabo. Examinata ergo per honestas matronas, & reperta virgo, fuit filio Regis solenniter copulata. Quos conjuges Petrus de Treviri, archiep. Moguntinus Bohemiam traducens, Praga in regem & reginam, prout antiquitus ad Moguntinum pertinet, coronavit. Solemnitas autem nuptiarum Spire, paratis sedibus, propter contentionem antiquam Moguntini & Coloniensi, quorum quilibet ad dextram Principis sedere voluit, est turbata.

Gesta Balduini lib. II. cap. 5. His diebus Rex Bohemia Wenzelaus, relicta tantundem filia, sine masculino successore hereditario, exstitit sublatus. Per cuius decessum Bohemia regnum Regi Romanorum noscitur vacavisse; cuius filia, Elizabeth appellata, propria in persona Spiram veniens aures Henrici Regis cepit interpellare, ut de ipso paterno regno in feudum donando sibi dignaretur providere. Rex vero cum Domino Petro, Moguntino Archiep. & cum Domino Baldevino consilio inito, Iohanem filium eidem matrimonialiter copulavit, & eundem in Bohemia Regem gloriosius sublimavit; & ibidem sollempnibus nuptiis celebratis, eos ambos cum Domino Petro Moguntino, & Domino B. de Hennenberch (multa potentia eis ambobus), Bohemiam destinavit.

Henricus Rebdorffensis ad a. 1309. Henricus Imp. VII. cepit regnare -- Hic primus comes in Lutzelburg -- primo anno regni sui filio suo impuberi Iohanni tradidit in matrimonium filiam Wenzeslai R. Boh. tunc defuncti unicam heredem illius regni, & in Spira sunt hujus regis nuptia celebratae.

Magnum


Magnum Chronicon Belgic. p. 284. A. 1310. Ioannes, F. Henrici Reg. Rom. accepit in uxorem Elisabeth filiam Wenceslai R. Boh. quæ erat hæres regni, unde & ipse est factus Rex Bohemiarum cum eadem.

Diploma in Michovii Chron. Regg. Polon. lib. IV. c. 10. Ioannes D. Gr. Bohemiarum & Poloniae Rex, et Lutsemburgensis Comes, & Elisabeth per eandem gratiam eorum regnorum Regina ac Comitissa Lutsemburgensis, conthoralis sua — Datum & actum Thoruniarum A. D. 1329. Dominica Invocavit.

Chronica aulae regiae Cap. XXV. ad a. 1330. p. 73. Eodem anno IV. Kal. Octobris, h. e. in die B. Wenceslai, Ducis & Martyris, circa horam completorii in Wissegrado, in domo Praepositi, serenissima ac inclita Domina Elisabeth, Bæmia & Polon. Regina, ac Lucemburgensis Comitissa, febribus ac morbo phthisico diutius fatigata, ætatis suæ anno XXXIX, regnorum vero anno XX. — emigravit feliciter sibi, sed flebilis aliis ex hac vita. — — ex die quarta mortis suæ in aula Regia cum debita reverentia sepelitur. Septem hæc Regina cum Rege Iohanne marito suo liberos habuit, duobus, scilicet Ottokaro & Elisabeth, ante mortem matris Aulae Regia sepultis. Quinque alii, scilicet Wenceslaus, Iohannes, Margareta, Gutta, & Anna, adhuc vivunt.

6.) Chronica aulae regiae Cap. XXX. ad a. 1332. Quidam regni nobiles. — Viennam venerunt, & inter Iohannem Regem, & Elisabeth virginem, FridERICI Regis & Ducis Austriae filiam, matrimonialem copulam verbaliter comportarunt, si tamen de hoc contractu sedes Apostolica dispensaret. Nam eadem puella cum Elisabeth priori Bæmia regina mortua, in tertia consanguinitatis linea est conjuncta. Patet hæc cognatio ex sequenti schemate:

Rudol-



Anonymus Lobienfis in Chronici lib. V. p. 935. A. 1333. *Venit Iohannes Rex Bohemia in Austriam, & quia iam dudum consorte caruit, inter eum & Elizabeth, Friderici, Regis filiam conjugium est tractatum, & ex utraque parte consensu concurrente puella speciosa — — ei desponsatur. — — Sed nescio, quis doli artifex lolium in hoc triticum seminavit. Nam ad agendas nuptias cum induciarum tempora vicinuis appropinquarent, Rex asserens se maleficiatum, & ad amplexus conjugis impotentem. Cumque exponeret se ad remedia perquirenda ad hoc opprobrium amovendum — — Novissime tamen — — connubium habuit retrocessum.*

Idem Lib. VI. p. 948. ad A. 1336. *Hoc tempore infirmabatur gravissima infirmitate, qua & mortua est Friderici Regis filia Elizabeth — — Rex autem Bohemorum venit Viennam, filiam suam Ottonis consortem visitare — — Quem Dux Otto, gener suus ad puellam per manum traxerat decumbentem, qua verecundo atque puellari modo ad se affandam ei copiam dedit: Extitit nihilominus in cordis sui radice fixum, quod ei olim desponsata fuerat, & ab ea propter labem impotentia, quam allegaverat, separatus, & aliam superduxit. Visa puella Rex ingemuit, quod suffuso vultu multa lacrimis suspiria alta trahens egreditur, suorum excessuum conscientia stimulatus Transit X. Kal. Novembris. — Sepulta in monast. Maurbach.*

7. Caro-

7.) Carolus IV. Imp. in vita sua p. 95. *illis peractis venit pater noster in Bohemiam, & adduxit post se uxorem suam, quam receperat sibi in reginam, nomine Beatricem, filiam Ducis de Bourbon, de genere Regum Francia, cum qua postea genuit unicum filium, nomine Wenceslaum.*

Excerpta ex pactis nuptialibus factis & signatis in praesentia Regis Philippi Valesii in Arce Nemoris Vicentini, mense Decembri An. 1344. dedit Sammarthanus T. II. du thres. de Franc. f. 20.

Inscriptio sepulchralis in aede fratrum Jacobinorum Parisiis ita se habet: *Cy gist tres noble & tres puissante dame, Madame Biatrice de Bourbon, Royne de Boeme & Contesse de Luccembourg, la quelle fut fille du Duc Loys de Bourbon & de Madame Marie de Hainaut, & femme de feu Jehan Roy de Boesme, qui trespassa le 25. jour, du mois de Decembre Mil CCCLXXX. & trois, priez pour? ame Vid. Pauillon in not. ad Vignier Hist. de Luxembourg p. 120.*

8.) In litera testimoniali ordini Praedicatorum a Iohanne R. Bohemiae data & antea etiam allata: *Postea etiam Domina Maria, soror nostra germana suscepit habitum ordinis memorati. Tamen antequam esset professa, inclyte recordationis Carolus, Rex Francorum, eam sibi in uxorem petiit copulari, & sic facta Regina Francorum.*

Chronica aulae regiae Cap. XI. IV. Id. Aprilis elegantissima puella, Maria, Henrici Imp. filia, Iohannis R Boh. germana, de regno Boemia, in quo tribus fere annis cum Elizabeth regina decentur permanserat, in Lucelburg, decentia, qua oportuit, est reducta. Demum in festo B. Bartholomaei eadem puella Karolo, Regi Francia, in conjugio legitime copulatur, & anno sequenti in die Pentecostes Parisiis in reginam Francia solenniter coronatur. Et cap. XIII. ad a. 1324. Hoc anno circa festum Annunciationis, Maria, Francia regina, Ioh. R Boemia germana, cum partu moritur, & ap. S. Dionysium honorifice sepelitur

litur. -- Hujus regina juvenula obitum hic jam annotavi, quia cum ipsa plurimum conversatus, eam esse feminam virtutis consideravi - XVIII. aetatis suae anno mortua est.

9.) Ioh. de Thwroc in Chronic. Hung. c. 91. f. 84: Anno Domini M. CCC XVIII. accepit Rex Carolus Dominam Beatricem filiam Regis Romanorum, sororem Regis Bohemorum, de terra Luxenburgensi, quae in revolutione ejusdem anni, obdormivit in domino, et Waradini, in cathedrali ecclesia tumulata est.

Chronica Aulae regiae cap. V. ad a. 1318. Eodem anno Carolus, Fil. Karoli R. Sicilia, factus Rex Hungaria, prima sua absque libris viduatus uxore -- misit ad Iohannem R. Bohemia, petens, ut unam de suis sororibus velit pro conjugee sibi dare. Hac legatione amicabiliter suscepta, Iohannes R. Bohemia certis nunciis sorores de Lucelburgensi evocat Comitissa; Quarum major vocabatur Maria, junior vero Beatrix -- Neutra harum puellarum attigit quartum decimum aetatis suae annum. Ad fratris itaque sui vocationem istae amba virgines venerunt, & XII. Kal. Iulii Pragam -- ingressae sunt. Quarto autem die post istarum adventum -- cum Rege et Regina -- ad monasterium aulae regiae haec pariter venerunt. -- Veniunt quoque illuc legati regis Ungariae -- Quorum petitioni Rex Iohannes annuit, et ut unam de suis sororibus eligant, liberam optionem eis dedit. Stabant igitur Ungari in suis desideriis exauditi, me praesente et vidente, -- facies delicatas istarum virginum diligenter inspiciunt, conditiones corporum discutunt, gressus describunt, et quae si eligibilior, sagaciter inquirunt. Tandem Beatricem juniorem puellam sibi assignari postulant Dominam Ungariae et reginam. Rex Iohannes consentit -- puella ad ecclesiam deducitur, et mox coram summo altari B. Virginis in aula Regiae Karoli Regis Ungariae -- ad manus Comitum praesentium legitime desponsatur. -- Nec longe post -- in Ungariam deducta infra Octavas B. Martini Episcopi coronatur, statimque cum eadem
vice

vice nuptiarum festiva solennitas per regem Vngariae celebratur. Et cap. VIII. ad a. 1319. Hoc quoque anno circa festum B. Martini obitus dominae Beatricis, Reginae Hungariae, Iohanni R. Boemiae, suo fratri, certis est nuntiis intimatus.

10.) Chronica aulae regiae Cap. IX. ad a. 1322. Eodem anno mense Iulio Iohannes, Rex — vicinos Principes affinitate sibi attrahere conatus prid. Id. Aug. Margaretam majorem suam filiam, novem annos non plene habentem, Henrico Duci Bavariae, Ducis Stephani filio seniori, matrimonialiter copulavit.

Albertus Argentinens. p. 129, Obiit autem Henricus Dux Bavariae, gener Iohannis Bohemi, relinquens filium parvulum — Rex autem Cracoviae, qui praedictam relictam, etiam non visam, marito vivente amavit, assumpto sibi Bohemo patre, causa videndi ipsam, in Bavariam est profectus, quam invenerat infirmantem. Ingressus autem pater rogavit eam, ut advenans Cracovium, eam diligentem, salutaret benigne. De quo Cracovio, quasi gentili, illa probissima valde territa, cum eum salutasset, se vertens ad parietem, nullo verbo dicto amplius, expiravit.

Desponsationem alteram et Polonicam, et diem atque annum mortis testatur Pessina in *Marte Moravico lib. IV. c. 2. p. 418,*

Hainricus Rebdorf ad a. 1339. Eodem tempore moritur Hainricus, Dux inferioris Bavariae, relinquens filium impubere-rem unicum heredem -- -- et ad a. 1340. Rex Iohannes Bohemiae totaliter cecus efficitur, filiam suam relictam Ducis Hainrici praedicti desponsasse volebat regi Cracoviae licet renuentem. Sed cum idem Rex ob hoc venisset Pragam, ipsa ex dolore infirmatur, et obiit.

11.) Chronica aulae regiae cap. XI. ad A. 1322. Iohannes R. vicinos Principes affinitate sibi attrahere conatus -- -- Gut-tam -- filiam suam alteram minorem septennem, Friderico Marchioni Mysnensi legitime desponsavit. Hac puella cum

pauca familia in parentum absentio versus Mysnam deducitur et in castro Warberch sub antiqua Marchionissa manibus educatur. Et Cap. XII. ad a. 1323. Circa idem tempus Lodowicus, Rom. Rex, filiam suam Friderico Marchioni juveni Mysnensi matrimonialiter copulavit. Gutta vero puella decennis filia, Regis Ioh. quae in domo Mysnensis Marchionis, tanquam futura sponsa fere per unum annum permanserat, in Boëmiam est reversa, non sine magna multorum admiratione et displicentia.

Cap. XVII. p. 53. ad A. 1326. Hoc anno in die B. Sixti Gutta domicella, Iohannis R. filia secundogenita, versus Lucelburg ducitur de Boëmia, Comitis de Bar filio, sed puerulo desponsanda. Et Cap. XXXI. ad a. 1332. Causa praedicti torneamenti — extitit, quia rex Franciae Philippus, suum filium Iohannem primogenitum, cui hoc anno in die B. Sixti Huta, filia Regis Boëmie nupta fuit, cingi balteo militari voluit. — — Iam praefata Guta — — satis mirabilia habuit vitae suae fata. Primo quidem adhuc tenera Lokodkonis, Regis Cracoviae, filio, post hoc Friderici, Marchionis Misnensis, unigenito, in cuius fere per annum mansit domo, tamen virgo, demum Comitis Barrensis nato, tandem Ludowici Bavari primogenito, post hoc Ottoni Duci Austriae suo consanguineo fuerat, diverso tempore non sine causis rationabilibus desponsata, sed aliter divina, ut cernitur, disposuit gratia, quum sit modo magni Regis filio matrimonialiter et corporaliter copulata, Franciaeque regina.

Carolus IV. Imp. in vita sua pag. 90. ad a. 1332. Pater meus — — recedens deus de Parma ixit in Franciam, et tradidit filiam suam secundogenitam, sororem meam, nomine Gutam, Iohanni, filio primogenito Philippi Regis Franciae. Primogenitam autem Margaretam habebat Henricus Dux Bavariae.

Sammarthanus l. c. f. 472. Bonne eut pour mere ayeule Elisabeth heritiere du Royaume de Boheme etc. par le traicte de ce mariage, passe a Fontainebleau en Janvier 1331. le Roy de Boheme, et Charles son fils, depuis Empereur, quatriesme du nom, promi-

promirent d' ayder le Roy Philippes, dit de Valois, en ses gveres
— Et Par autres lottres, passees a Treves le 22. Novembr. 1346.
Charles, Roy de Romains, declara, qu' attendu qu' il estoit obligé
de bailler six vingts mil florins d' or, pour le mariage de Bonne
sa sœur, et quil nen avoit esté rien paie etc. la Royne Bonne mourut l'
an trois cens. quarante neuf, et fut ensevelie en l' Abbaye de Mau-
buisson près Pontoise.

12.) Chronicon Aulae Regiae cap. IX. ad a. 1320. Eo-
dem anno XII. Kal. Maji Octakarus, secundo genitus Iohannis
R. Boh. Filius moritur, et in aula regia ad pedes fundatoris cum
Iohanne & Guta ejusdem fundatoris pueris de Capella B. Iacobi
translatis in uno tumulo sepelitur. Conf. ejusdem testimonium
n. 4.

Carolus IV. in vita sua p. 89. Genuitque idem Iohannes,
R. Bohem. cum Elizabeth regina — deinde alium filium nomine
Ottogarum, qui in puerili aetate decessit.

13.) Chronica aulae regiae Cap. XII. ad a. 1323. Eodem
anno in die Paschae, quatuor VI. Kal. April. evenerat, Elizabeth, re-
gina Boemia duas gemellas filias, Annam et Elizabeth, in Cam-
bia Bavaria pariter est enixa. Vovit autem me audiente eadem Re-
gina votum Domino, quod Elizabeth nata secundo sub professione or-
dinis Cisteriensis debeat fieri sanctimonialis. Et Cap. XIII. Anno
1324 mense Augusto, Elizabeth Iohannis R. filia, quae gemella na-
ta fuit in Bavaria, in Cambia oppido, moritur, abinde in Aulam re-
giam deducitur, & ibidem ante gradum majoris altaris, cum aliis
tribus liberis regalibus sepelitur.

Carolus IV. Imp. in vita sua p. 95. Tempore illo tradimus
junioem sororem nostram nomine Annam, Othoni Duci Austriae,
in uxorem.

Anonymus Leobienfis in Chr. lib. V. p. 932. ad a. 1329.
Tractatum est inter Ottonem Ducem et Iohannis Reg. Boh. fi-
liam, Annam nomine, conjugium, adhuc juvenulam, quod
postea feliciter est confirmatum; Et lib. VI. p. 956. ad A. 1338.

Hoc anno III. Non Septembr. Anna, Bohem. Regis filia, ducis Ottonis Austria consort altera, sine prole transiit ex hoc mundo, qua in monasterio Novi Montis -- sepelitur.

Hagenus in Germanico Austria Chron. p. 1132. Herzog Ott nam sein ander Weib/ hiß Frau Anna/ und waß ains Kunigs Tochter von Behain / und waß Chaiser Charls Schwester.

14.) Benessius l. c. apud Pessinam lib. IV. c. 2. p. 429. A. 1322. pridie Idus Febr. natus est Melnici Iohannes Henricus postea Marchio Moravia.

Chronica aulae regiae cap. XI. A. D. 1322. pridie Idus Febr. Iohanni R. Boemia ex regina Elizabeth in Melnici filius tertius nascitur, qui Pragam deducitur, et in ecclesia B. Viti tribus elapsis mensibus baptizatur. Iste puer efficitur binominis, nomen ei in baptismo imponitur Iohannes Henricus — — ut in eo remaneat memoria sui patris et avi.

Collatio Marchionatus Moraviae tanquam feudi regni Bohem. a Carolo IV. in Iohannem fratrem in Schminckii *supplem. Act. publ. ad Goldast. de R. Boh. n. XL. p. 302.* Carolus IV. Inter ceteras sollicitudinum curas — illud nostra meditationi occurrit precipuum, unde honorifico et decenti statu Illustris Iohannis, Marchionis Moraviae fratris Germani nostri charissimi solerter intendamus — Datum Praga A. 1355. Ind. VIII. V. Kl. Octobr.

15.) Chronica aulae regiae cap. XIX. p. 60. ad A. 1327. Item hoc anno in die B. Galli Iohannes, quinquennis infantulus, Iohannis R. Boh. filius secundo genitus, de Praga versus Carinthiam deducitur, ut sibi filiam Henrici Ducis ipsius Carinthiae, quondam Regis Boemiae, matrimonialiter copuletur. Erant enim horum puerorum genitores antea ad invicem inimici; sed tunc intervenientibus pacis tractatibus, datisque liberorum pignoribus facti pariter sunt amici.

Carolus IV Imp. in vita sua p. 90. Pater meus deinde iuit in comitatum Tyrolis ad Ducem Carinthiae, quem expulerat de de regno Bohemiae, cuius uxor (Anna) prima mortua fuerat, so-

ror matris mea. Demum tamen acceperat aliam uxorem, sororem Ducis de Brunsvvrig, cum qua habuit unicam filiam (Margaretam) quam copulavit fratri meo Iohanni in uxorem, & post mortem suam constituit omnes suos principatus. Eadem specialius repetit, et prouti intercalavimus, nominatim exprimit p. 94.

Hainricus Rebdorf. ad a. 1341. Oritur discordia inter secundum filium predicti Regis Bohemia Iohannem, nomine, Ducem Carinthiae ex una parte, & uxorem suam filiam quondam Ducis Carinthiae ac nobiles ejusdem ex altera. Unde ipsa accusat eum, quod sit frigidus, impotens ad carnalem copulam, et asseruit se virginem, licet cohabitaverit ei per decem annos vel circa. Propter quod Ludovicus, Marchio Brandenburgensis, filius Ludovici Imp. ipso volente, non facto divortio per ecclesiam, dicta filiam Ducis Carinthiae attinentem sibi in tertio gradu consanguinitatis duxit in uxorem, et nobiles terra, expulso totaliter filio R. Bohemia, tradunt sibi terram. Et ad a. 1349. Eodem anno mense Iulio, Episcopus Curiensis, in cuius diocesi est castrum Tyrolis, promulgat solennem sententiam divortii inter Iohannem, fratrem Karoli et filiam quondam Ducis Karinthiae, cui praenominatus Ludovicus Marchio Brandenburgensis, ut uxori sua cohabitaverat per septem annos & ultra duos pueros suscepit ex ipsa. In qua sententia asserit praefatum Iohannem frigidum, & impotentem ad copulam carnalem, & ideo non fuisse matrimonium inter eos.

Forma divortii matrimonialis inter illustres vocatos conjuges, Iohannem, videlicet, filium Regis Boh. & Margaretham, Ducissam Karinthiae, celebrati per Dn. Ludovicum IV. Rom. Imp. inserta legitur annalibus Rebdorfianis post a. 1341. et ap. B. Zovium ad A. 1340. & in Leibnitii Cod. J. G. dipl. P. 1. n. 82.

16) Benessius in Pessinae Martis Morav. lib. IV. c. 2, p. 425. A. 1350. Ioannes, Marchio, duxit in conjugem Margaritam, filiam Nicolai II, Ducis Oppavia et Ratib. ex qua genuit tres filios Iodocum, Iohannem Sobieslaweck, et Procopium, et filias duas,

duas, Catharinam et Elisabeth, et tunc deletum est opprobrium ejus, mentitique sunt, qui dicebant ipsum esse impotentem ad generandum, cum illo tempore princeps esset puer, et totus juvenis. Illa mortua duxit Margaritam, Alberti, Ducis Austria filiam.

Albertus Argentinens. ad a. 1252. p. 157. Joannes, frater Regis, filiam Ducis Polonia, quam de Tropowe nominant, in scio rege, traduxit uxorem, de quo, cum multi sint eorundem Polonia Ducum, attingentes versus Bohemiam, utique rex perturbatur.

17.) Cuspinianus de Caesaribus in Iodoco p. 588. Tertia Uxor Joannis similiter dicta Margeritta, Alberti II. Ducis Austria filia, relicta Meinhardt, Ducis Bavaria & Carinthia, Comitis Tyrolis, quae nulla sobolem produxit.

Hagenus in Germ. Austria Chr. p. 1144. loquens de filiabus Alberti II. Ducis Austriae: Die ander ward gegeben zu Weibe Herzog Meinhardt von Bayern / nach des Todt ward sie gegeben an Graffen von Meheven / Chaisers Karls Bruder des Bierden.

18.) Cuspinianus l. c. Ultima vero Joannis — Henrici uxor fuit filia Domini de Walsee, in Austria, ex qua nullos liberos sustulit.

Potentes tunc erant in Austria Ministeriales de Walse, teste Chronographo Claustro-Neoburgensi ad a. 1313. p. 482. In chartis Mellicensibus occurrunt A. 1359. Eberhardus de Walse Capitaneus super Anaso, Reinpertus de Walse, Burggravius in Styria, Fridericus de Walse, Magister camerae, Rudolphi IV. D. Austriae, vid. R. P. Hueberi Austria ex archivo. Nellicensibus illustrata lib. 1. p. 85.

19.) Videatur testimonium Caroli IV. Imp. num. 7.

Pessina in Marc. Morav. lib. IV. c. 2. p. 415. Wenceslaus ex utero materno Beatricis Borboniae exseinditur A. 1337.

Emundus in Chron. Belgic. p. 305. Iste Carolus Rom. & Boh. Rex in civitate Metensi a. D. 1354. Ind. VII. III. Id. Martii,

regno-

regnorum suorum anno VIII. illustrem Wenceslaum, Comitem Lucemburgensem illustravit, sublimavit, decoravit, et erexit in Ducem, et ipsum Comitatum Lucemburgensem in Ducatum, Conf. Albertus Argent. ad h. a. p. 161.

Diploma erectionis Ducatus Luxemburgici post Leibnium, Meibomium, Lucam, ex Aub. Miræi Dipl. Belgic. p. 215. correctius iterum edidit Dithmarus in annotat. ad Teschenmach. p. 437. quod incipit: *Carolus D. Gr. Rom. Rex semper Augustus et Bohem. Rex, illustri Wenceslao, Duci Lucenburgensi, fratri et Principi nostro charissimo. — Datum Metis. — A. D. 1354. Ind. VII. III. Id. Mart. regn. nostr. anno VIII.*

Magnum Chronic. Belgic. p. 309. *Anno Ducatus Wenceslai XVI, salutis scilicet 1359. in festo St. Symphoriani XXII. die Augusti, Wenceslaus Dux Lucenburgi et Brabantie cum multis nobilibus bellum contra Wilhelmum I. D. Iuliacensem et Eduardum D. Geldra gessit, non longe a Iuliaco in loco dicto Baeswilk. — Victoria cessit Iuliacensi Duci, qui Ducem Brabantie Wenceslaum — cepit. Dux vero Brabantie — in carcere Ducis Iuliacensis per annum et amplius, donec Carolus IV. Rom. Imp. Ducis Brabantie frater, anno revoluto veniens Aquisgranum, eos per preces et minas liberavit — Tandem illustris Dux Brabantie et Lucenburgia Wenceslaus post multa praeclare gesta — in terra Lucenburgensi ab hac luce discessit ipso die Conceptionis B. Mariae Virginis, anno Ducatus sui Brabantie XXVIII. Salutis vero 1384. sepultus in ecclesia abbatis aureae Vallis Ord. St. Benedicti in Ducatu Lucenburgensi. In quodam Chronico scribitur, ita fuisse Wenceslaum Ducem ante mortem oppressum vulneribus lepra, ut in toto corpore nil sani inveniri posset, nec celabat, sed quoties a nobilibus invisebatur, ipse se nudabat, et dicebat: Ecce, videte florem mundi, filium Regis, in quali statu moritur!*

20.) Tillet in invent. f. 181. *Confirmation de l'assignation faite sur la terre de Longueville, de dix huit mille cinq cens liures*

liures Tournois restans, deues à Jean Duc de Brabant, et Marie d' Eureux sa femme, pour raison de leur mariage, la dite assignation, le Mecredy avant la Toussainets, et la confirmation en Novembre 1325. registre 42. lettre 498.

In diplomate ex archivo pagi Harenfis prope Oosterwyc ap. Oliv. Vredium in P. I. probat. Genealog. Comit. Flandriæ ad Tab. X. p. 401. Johanna byder Gratien Godts / Hertoghinne von Luxemborgh, van Lothrinck / van Brabant / ende van Limborch / Marcgravine des heilich Ryck / doen condit allen Luyden want anse liebe Heer ende Vader / Hertoghe Jan / Hertoghe van Lothrinck / van Brabat etc. verleent hadde etc. Ghegheben te Brüssel seshien daeghe in April / in t' Jare ons Heere MCCC neghentich ende drie.

In diplomate Camerae rat. Insul. apud eundem I. c. p. 402. Karolus Quartus, *divina favente clementia Romanorum Imperator &c. cum illustris Wenceslaus, Lutzemburgia, Brabantia, & Lymburgi dux, in partibus Citramontanis Vicarius generalis, Princeps, & frater noster carissimus, nomine dotis assignavit illustri Ioannæ, conthorali suæ, sorori nostræ precarissima, Comitatum Chineys &c. datum Francofurti anno Domini M. CCC LXVIII. quarta die mensis Febr.*

Albertus Argentinens. p. 157. *Postea anno quinquagesimo secundo, mense Martii, Wenceslao, fratri Regis ex Francigena, invito Rege, filia ducis Brabantia copulatur, & terra Lutzelburg. in comitem assumpsit eundem.*

Io. a Leidis lib. XXVIII. c. 1. *Wilhelmus Comes Hollandia & Hannonia duxerat in uxorem vivente Wilhelmo Comite Bono, patre suo, Ioannam, seniore filiam Tertii Ioannis ducis Lotharingia, Brabantia, Limburgia, de qua tamen nullam prolem suscepit. Et lib. XXX. c. 7. p. 279. A. D. 1355. obiit tertius Ioannes D. Lotharingia, Brabantia, & Lymburgia. --- Hic quippe dux filiam suam primogenitam Ioannam nomine, viduam Hannonia & Hollandia, iam tradiderat in uxorem*
Wen-

Wenselao, Duci Luzenburghensi, Comitissa Alsatia & de Thuis, filio Ioannis Regis Bohemia — — Homagiatur ergo idem ex parte Ioanna uxoris suae dux Lotharingia, Brabantia, & Limburgia non tamen genuit ex Ioanna praedicta uxore sua. conf. lib. XXVII. c. 8. Et lib. XXXII. c. 5. A. D. 1306. cum tam Antonius secundo genitus Philippi Audacis D. Burgundia per duos annos, de beneplacito Ioanna ducissa Brabantia tutor & rector fuisset totius Brabantia, obiit ipsa Ioanna ducissa postquam 50. annis & uno post mortem Ioannis ducis patris sui Brabantiam rexisset; Nam cum Wenzelao duce marito suo rexit annis 28, & vidua rexit annis 20. trib. Hujus Ioanna ducissa primus maritus fuit Wilhelmus Comes Hannonia & Hollandia. Sepulta est autem Bruxella in monasterio fratrum ordinis B. Mariae Virginis de monte Carmeli ante summum altare in tumba solenni. Tunc successit ei supradictus Antonius — — frater ducis Ioannis Burgundia & C. Flandria. Horum fratrum mater fuit Margareta, filia Margareta, sororis Ioanna ducissae praefatae

Emundus in magno Chr. p. 309. Mortuo duce Brabantiae Ioh. III. Ducissa Iohanna ejus senior filia, tanquam vera haeres & domina, & Dux Wenceslaus, ejus legitimus maritus, & mamburnus, primo Lovania III. die mensis Januarii A. 1377. — & deinde successive certis aliis diebus in omnibus aliis oppidis — — in ducatum Brabantiae & Limburgiae duces et dominos recepti fuerunt — — Vnde indignatus Ludovicus C. Flandriae qui sororem memoratae Ioanna D. Brab. duxerat, gravia & noxia bella movit. Vicissim igitur — — Dna D. Iohanna -- instigante simul — — Carolo IV. Imp. & hujus fratre D. Wenceslao, per literas patentes datas Bruxella A. 1356. feria secunda ante dominicam invocavit, inter cetera constituit, si ipsa relictis heredibus praedict. D. Wenceslao, marito superstite moretur, ut tunc maritus suus in principatibus -- suis tanquam naturalis princeps succederet — -- Si vero & se & maritum nullis relictis heredibus mori contingeret, ut tum principatus —

Brabantia & Limburgia ad dictam Dn. Imperatorem -- -- & illo mortuo ad proximum domus suæ Lucemburgia heredem -- perverirent. -- Tamen notandum suprascripto domino quarto primum, & deinde Duce Wenceslao fratre suo, atque ducissa Iohanna consorte sua, nulla prole relicta, defunctis, -- Wenceslaum Rom. & Bohem. Regem, Imp. Caroli primogenitum, tanquam proximiorum D. Wenceslai sui patris -- -- heredem successisse in Ducatu Lucemburgensi -- -- tamen per certi tenoris literas datas Pragæ A. D. 1411. d. 22. Aug. declarasse, Antonium Ducem Brabantia in dominum Ducatus Brabantia legitimum successorem, & voluisse, ut isto ducatu licite & bono titulo gauderet.

21.) Oliv. Vredius in P. 1. probat. Genealog. Comit. Flandr. ad Tab. X. p. 401. producit ex catalog. arch. Vilv. f. 27. verso chartam ita inscriptam: Brief van Jan / natuerlichen Sone van wilsen Herhogh Wenceblaus L. X. B. voorlage: Quirances.

22.) Cortusii de Novitatibus Paduæ lib. X, c. 3. p. 97. Beltrandus Guasconus Aquilejensis Patriarcha -- (in prælio prope Sacilum cum Comite Goritiæ) captus, fossus gladio a quodam de Villalta obiit statim. Fuit hoc a. MCCCL. die VII. mensis Iunii -- Vnde anno sequenti XV. Madii Reverendus Pater Dominus Nicolaus, frater naturalis Domini Caroli Imperatoris, Aquilejensis Patriarcha, Utinum introivit, & Missam celebrauit solennem die primo Novembris; Et lib. XI. c. 1. A. 1354. In Caroli Imperatoris comitroo erat Aquilejensis Patriarcha, ejus frater. Et c. 6. A. 1355, predicto mense Aquilejensis Patriarcha intravit Paduam, Frater naturalis Imperatoris.

Onuphrius Panvinius in Chronico Ecclesiastico f. 38. Nicolaus de Lucemburgo, Germanus Caroli IV. Imperatoris frater, Aquilejensis patriarcha annos VII. menses IX.

23.) In charta apud Vignierium ex archivo Abbatia D. Virg. Luxemb. Iodocus, Dei gratia, Marchio Brandenburgensis, Marchio & Dominus Moraviae, Sacri Romani Imperii Archi - Camerarius, ad perpetuam rei memoriam &c. Nos igitur

igitur attendentes, quod excellentissimus quondam Princeps, Dominus Ioannes, Rex Boëmia, avus noster carissimus in eodem monasterio corporaliter jacet tumulatus &c. Datum Berlin in Marchia Brandenburgensi anno Domini M. CCC. XCVIII. sexta die mensis Octobris.

Renunciatio Ludovici, Hungariae & Poloniae R. in regnum Boh. in Schminckii Supplem. Act. Publ. ad Goldast. de R. Bohem. n. L. p. 322. Nos Ludovicus D. Gr. Rex Hungaria, Dalmatiae, Poloniae &c. Notum facimus, quod ob singularem internae charitatis ardorem, quo — Dnum Carolum IV — — & — Dn. Wenceslaum, Bohemia Regem, praefati Dni Imp. filium, ac illustres Principes, Dominos Ioannem, & Iodocum ejus primogenitum, Marchiones & dominos terra Moravia — — complectimur — — Datum in Wyssigerad in festo S. Trinitatis A. D. 1372.

Gobelinus Persona Aetat. VI. c. 90. ad A. 1310. Postea Maguntinensi & Coloniensi Archiepiscopis iterum convenientibus, Iodocus, Marchio Moravia, vir grandaevis, per ipsos in regem est electus, qui posthac eodem anno defunctus est.

Magnum Chr. Belgic. p. 356. Iodocus, Marchio Moravia, post mortem Domini Ruperti Rom. Regis A. Dn. 1310. XIX. die Septembris, fuit electus in Regem Rom. sed non coronatus, & vixit electus ad quinque menses, & ita obiit nihil insigne faciens. Qua propter inter Imperatores non est accensendus.

Andreas Presbyter in Chron. Bav. p. 97. ad a. 1311. Eodem anno Iodocus Marchio Moravia, & Brandenburgensis electus a quibusdam in Regem Rom. sine heredibus moritur, & Brandenburga ad Sigismundum Regem Vngaria, Moravia vero ad Wenceslaum R. patruos ejusdem devolvitur.

Pessina l. c. lib IV. c. 3. p. 452. Iodocus A. 1410. eligitur Imp sed sex tantum menses supervixit Brunna mortuus An. 1411. d. 8. Jan. ut ostendit liber anniversariorum in ecclesia metropolitana Pragensi aetatis vero LX. Nasci enim citius

quam A. 1351. non potuit, siquidem parens ipsius Io. Henricus primum A. 1350, ut ex Chronica Benessii, Canonici tum tempore viventis & scribentis, supra ostendimus, Margaretam F. Nicolai II. D. Oppavia in uxorem duxit.

Ejus Uxor est incertissima. Cuspinianus f. 590. inquit. *Habuit uxorem Reginam Hungaria ex qua nullam prolem genuit.* Recentiores Scriptores Genealogici eandem denominant Catharinam, F. Caroli Roberti Neapolitani R. Ungariæ. Sed de hac est altum silentium in M. Ioh. de Throwcz P. II. *Chronica Vngarorum*; & in Io. Pistorii *Regum Hungaria ex optimis scriptoribus explicata Genealogia.*

25.) Hanc Saxonici Scriptores uno ore dicunt Wilhelmi, Coclitis, Marchionis Misniæ, uxorem, hucque referunt ejusdem epitaphium ex basilica Misnensi, quod ita se habet.

*Anno Dn. MCCCC Craftina Elisabet O. Illustris
Dna. Elisabet, Filia Marchionis Moravie Con-
thoralis Illustris Wilbelmi, Marchionis Misnensis.
Orate pro ejus anima.*

vid. Fellerus in not. ad Birkens Helden-Saal p. 278.

26.) Repetatur Benessii testimonium n. 16.

Balbinus in notis ad lib. IV. c. 9. Epit. Rer. Boh. p. 458. *Notat Manuscriptum, Wenceslao adversatos semper esse Sigismundum fratrem, & Iodocum seu Iustum, Marchionem Moravia, — contra vero Iohannem, Principem Gærlicensem, Wenceslai fratrem, & Procopium, Iodoci fratrem amasse Wenceslaum; prior A. 1395. veneno sublatus est, Procopium March. Moravia, Znoymæ Principem, nescio qua causa Sigismundus ferre non poterat; Hunc Znoymæ cum Austria ducibus obsedit; ad is obsessores repulit fortissime, & re infecta coegit discedere. Tenebat item Procopius munitissimam in Bohemia arcem, Bezdiezy nomine; eum ibi commorantem A. 1412. Sigismundus accessit, verbisque fallacibus ex arce extractum conjecit in vincula, cumque arcem oppugnaret, catapultæ alligari Procopium, patrum jussit, ut velut in scopum in eum hostes tela conjicerent. Princeps fuit Proco.*

Procopius ingeniosus, eloquens, bellator magnanimus, promptus & audax, indigne in carceribus extinctus in Brunnenſi Carthusia, quam Ioannes pater fundarat, tumulatur. Alii Procopium non caſum, ſed in egeſtate mortuum dicunt.

Peſſima l. c. dicit, lib. IV. c. 2. Procopium Bezdeſii in Bohemia contra datam fidem a Sigismundo captum, & Brunnam abductum vii. Kl. Octobr. veneno extinctum fuiſſe. Ad ditque ſequentia:

Qua de Georgio, Procopii filio quidam recentiores ſcriptores memorant, dum eum patria clam exceſſiſſe, & Caſſinenſi caenobio Ordinis St. Benedicti cucullum induiſſe, ac poſtmodum Auguſta Vindellicorum in D. Vdalrici ejuſdem ordinis caenobio A. 1457. obiſſe, ſcribunt; nos ea non ſatis comperta, & quorum apud ve- tuſtiores, illorumque temporum coevos ſcriptores altum eſt ſilentium in medio relinquimus. Credibilius eſt Georgium illum dynaſtae alicujus Moravi, non Marchionis fuiſſe filium.

Attribuitur Procopio à Dan. Pareo in *Hist. Palat. Lib. IV. Sect. II. p. 170.* uxor Eliſabetha, Filia Ruperti Junioris C. Palat. Rh. ex Beatrice Sicula, de qua tamen mihi ulterius non conſtat.

Dubravius lib. XXII. p. 185. *Deceſſit tunc apud Moravos, Ioannes, Caroli frater, Marchio Moraviae — At Carolus accerſitis Iodoco et Procopio, ambobus fratris ſui filiis, pleniffimam illis pietatem — exhibuit, ex aqua parte Moraviam aequaliter inter illos dividens.*

26.) D. Auguſtinus, Olomucenſ. & Brunnenſis eccleſiarum Præpoſitus, in Catalogo Episcop. Olomucenſ. p. 283. *Ioannes, Iodoci & Procopii, Marchionum Moraviae frater germanus, ex eccleſia Lythomiſtenſi violenter ac renitente capitulo cathedra Olomucenſi præficitur, Iodoco & Procopio Bona eccleſiaſtica præter fas occupantibus, miſerabiliterque diſtrahentibus. Quo audito, Urbanus VI. P. M. Ioannem confirmare renuit, ſed paci & tranquillitati eccleſiaſtica conſulere cupiens, ad patriarchatus apicem, eccleſiamque Aquilegenſem promovit.*

27. & 27.) *Reſpiciatur teſtimonium Beneſſii n. 16.*

ASSER-

ASSERTIONES

TABULAE VI.

I.) **C**arolus IV. in vita sua p. 89. Genuit idem Iohannes Rex Bohemia cum Elizabeth regina me primogenitum suum nomine Wenceslaum A. Dni 1316. Id. Maji, hora prima in Praga. — — Misitque me meus pater — ad Carolum R. Francia, me existente in septimo anno pueritiae meae, fecitque me dictus Rex Francorum per Pontificem confirmari, & imposuit mihi nomen suum equivocum, videlicet Carolus. Et p. 95. Illis temporibus dederat nobis pater noster Marchionatum Moravia & eodem titulo utebamur.

Benessius de Weitmill, Canonicus Pragensis, in chronico Ecclesiae Prag. Mist. lib. II. A. 1316. ap. Pessinam Martis Moravici lib. IV. c. 2. p. 429. Anno 1316. d. 14. May hora diei prima nascitur Iohanni Regi primogenitus filius Praga, cui die 3^{ta}. ejusd. in festo Pentecostes, dum sacro fonti ablueretur per Petrum Archi-Ep. Mogunt. in ecclesia Pragensi, presentibus Balduino Archi-Ep. Trevir. Iohanne Ep. Pragensi, & Petro I. Ep. Olovincensi datum Wenceslai nomen, quo tamen non diu usus fuit, sed in Galliam postea missus ad Carolum IV. R. Gall. accepto in confirmatione sacra per Pontificem Ioh. XXI. Caroli nomine, hoc retinuit.

Albertus Argentinensis, p. 141. Carolus Rex Bohemia, electus in Regem Rom. filius quondam Iohannis R. Boh. nepos quondam Henrici de Lutzelburg, Rom. Imp. item pronepos ex filia & nepte Rudolphi de Habsburg Rom. Reg. Item nepos ex filia quondam Wenceslai Boh. R. proneposque Iohannis D. Brabantia, sororius Philippi R. Francia, cujusque Philippi primogenitus, Iohannes Dux Normandiae ipsius Caroli est sororius: ipse Carolus socer Caroli R. Hungaria, socerque Rudolphi D. Austria.

Iohannes Archi-Ep. Pragensis in sermone post mortem Imp. Caroli IV. R. Boh. facto p. III. In memoriam eius (Caroli) tale Epitaphium tumulo eius inscribitur:

TABVLA VI.
FAMILIAE AVGVSTAE LVCEMBVRGBENSIS.

ad p. 72.

- 1.) WENCESLAUS, postea et quidem A. 1323. CAROLVS dictus, F. Iohannis, R. Bobemiae, et C. Lucemburgensis, ex Elisabetha, Bobemica, n. d. 14. Maji A. 1316. Marchio Moraviae A. 1330. Imperator electus hujus nominis IV. d. 19. Jul. A. 1346 coronatus Aquisgrani d. 9. Febr. A. 1354. Mediolani d. Ian. A. 1355. Rome d. 5. Apr. ej. ann. Arelate A. 1365. †. d. 29. Nov. A. 1378. sep. in templo D. Viti Prage. Uxores: 2.) I. Margaretha, quæ et Blanca, F. Caroli C. Valesii, et Matildis de Cabillon, desponsata A. 1324. †. d. 1. Aug. A. 1347.
3.) II. Anna, F. Rudolphi II. C. Palat. Rhen. et Electoris, ex Anna Carinthica ducta A. 1349. †. d. 1. Febr. A. 1352.
4.) III. Anna, F. et hæres Henrici II. D. Iaroviensis, et Agnetis Austriacæ ducta A. 1353. †. d. 11. Iulii A. 1362.
5.) IV. Elisaberha, F. et Bugislai V. D. Pomeraniae ulterior. ex Elisabetha Polona ducta A. 1363. †. A. 1393.

- | | | | | | | | | | |
|--|---|---|--|--|--|---|---|---|---|
| <p>6.) Margaretha,
n. A. 1335.
†. A. 1349.
Maritus
Ludovicus,
R. Hungariae
et Poloniae,
†. 11. Sept. A. 1382.
sep. in Alba
Regali.</p> | <p>7.) Catharina,
nupta A. 1353.
Maritus
Rudolfus IV.
Dux Austriae,
†. A. 1365.</p> | <p>8.) Iohannes,
Marchio
Moraviae
haud vitalis,
†. A. 1365.</p> | <p>9.) Wenceslaus,
†. 28. Iulii
A. 1353.</p> | <p>10.) WENCESLAUS,
Rex Bobemiae,
n. d. 17. Mart. A. 1361
Norimberge,
†. bimulus.
Rex Rom. electus d. 20. Ian.
A. 1376.
depositus d. 20. Aug.
A. 1400.
†. d. 16. Aug. A. 1419.
sep. in Aula regali.
Uxores:
11.) I. Iohanna, F. Alberti, D. Bavarie Straubingensis,
ex Margaretha Bregensi, ducta A. 1370.
†. 1. Ian. A. 1387. sep. in Aula Regali.
12.) II. Sophia, F. Iohannis, D. Bavarie Monacensis,
ex Catharina Goericiensi et Tirol ducta
d. 15. Mart. A. 1400.
†. in fine Sept. A. 1425. sep. in templo
St. Martini Presburgi.</p> | <p>13.) Carolus,
n. 13. Mart.
A. 1372.
†. bimulus.
14.) SIGISMUNDVS,
n. A. 1368.
Marchio Brandenb. et El.
A. 1373.
Rex Hungariae A. 1386.
Imperator Rom. 20. Sept.
A. 1410.
coronatus Aquisgrani
d. 8. Nov. A. 1414.
Rome A. 1434
Rex Bobemiae A. 1420.
†. 8. Decemb. A. 1337.
sep. Waradini.
Uxores:
15.) I. Maria, F. et hæres Ludovici,
R. Hungariae et Poloniae
ex Elisabetha Bosniensi,
†. A. 1392. sep. Waradini.
16.) II. Barbara, F. Hermannii,
C. Cilie, †. d. 11. Jul. A. 1451.
sep. Prage ad S. Viti.</p> | <p>17.) ELISABETHA, nupta A. 1412. †. 20. Dec. A. 1442. sep. in Alba Regali.
Maritus
18.) ALBERTVS V. D. Austriae, Marchio Moraviae A. 1423.
Rex Hungariae d. 1. Ian. Bobemia d. 29. Ian.
et Imperator hujus nominis II. d. 20. Mart. A. 1438.
†. 27. Octobr. A. 1439. sep. in Alba Regali.</p> | <p>19.) Georgius,
†. 16. Febr. A. 1436.
sep. in St. Stephani
Vienna.
20.) Anna
nupta A. 1446,
Maritus
Wilhelmus, D. Saxon. March. Misn.
et Landgr. Thuring. †. 17. Sept. A. 1482.</p> | <p>21.) I. Richardis, F. Alberti II.
D. Mecklenburgici.
II. Margaretha, F. Leopoldi
II. D. Austr.
22.) Ladislaus posthumus,
Rex Hungariae et Bobemiae
et Dux Austr.
n. 22. Febr. A. 1440. †. d. 21. Nov. A. 1457.
sep. in templo D. Viti Prage.</p> | <p>23.) Anna
Maritus
Otto
D. Bav.
et Marchio
Brandenb.
†. 1379.
24.) Iohannes,
Marchio Brandenburgen sis
ac Lusatie,
et Dux Goerlicensis, A. 1376.
n. A. 1370. d. 22. Ian. †. 1395
Uxores:
I. Richardis, F. Alberti II.
D. Mecklenburgici.
II. Margaretha, F. Leopoldi
II. D. Austr.
25.) Elisabetha, D. Lucemburgensis.
Mariti:
I. Antonius Burgundus, D. Brabantiae,
†. d. 25. Oct. A. 1415. sep. in Wueren,
16.) II. Iohannes, D. Bavarie et C. Hollandiae,
electus jam Episcopus Leodiensis,
†. d. 5. Ian. A. 1424.
27.) Wilhelmus
juvenis obiit.</p> |
|--|---|---|--|--|--|---|---|---|---|

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

*Anno Mille: trecen. LXXVIII. tertia Kal. Decembris
 Quartus Ego Carolus, magni quondam tremor orbis
 Caesar & invictus, modo victus morte sub ista
 Fossa tegor, Deus alme, precor, meus Astra subintret.*

Albertus Argentinensis p. 166. A. Dni. 1378. obiit Carolus IV. Rom. Imperator, & Rex Bohemia, in vigilia Andreae Apostoli.

Bohuslaus Balbinus in Epitom. rer. Bohem. lib. III. c. 21. p. 381. Anniversarium tam benefico in ecclesiasticum ordinem Cesari ad 29. Novembris, ingenti sacrorum — apparatu fiebat, ut diserte annotat vetustus liber distributionum Ecclesie Pragenses.

Pessina l. c. lib. IV. c. 2. p. 435. Caroli IV. corpus d. 14. Dec. A. 1378. in D. Viti ecclesia, in arce majori, — — sepelitur: ubi in hodiernum usque diem requiescit. Ejus Corpus mihi nuper videre inopinato contigit, dum novus lapis poneretur supra introitum cryptae regiae. Attendebam tum pro officii mei munere, neque alteri id committere volui, ne ab operariis, quos cryptam ipsam ingredi necesse erat, ad efferenda, quae intro inciperant, calcis & laterum fragmenta, aut a quopiam alio, quidquam moveretur. Ea igitur occasione ingressus cum illis cryptam, & videns Caroli tumbam, quae simplicissima est, & lignea tota, modice apertam, illam introspexi & tum corpus, quod vidi, reverenter spectavi, ultimo etiam Augustum illud quondam Caput, quinquies coronatum, pio osculo, nec sine suspirio magno veneratus. Tumbam deinde melius clausam, & nullo antea velatam tegmine decenti operimento contegi curavi.

2.) Carolus in vita sua p. 89. Carolus Rex Franciae dedit mihi in uxorem filiam Caroli, patris sui nomine Margaretam, dictam Blancam.

Chronica aulae regiae Cap. XII. ad A. 1323. Eodem Anno in die B. Ambrosii Episcopi, Wenceslaus, Ioannis regis primogenitus, heres regni Boemiae de Boemia patre iubente ad regnum

K

Franciae

Francia deducitur, ubi Parisiis per Mariam, Reginam Francia, suam materteram, suscipitur & legaliter educatur. Eidem octenni puero, ibidem puella nomine Blanca, soror Philippi, Regis Francia, de stirpe regia desponsatur.

3.) Albertus Argentinensis p. 151. ad a. 1349. Carolus — qui ferat viduus, tractaverat cum Rudolfo de Bavaria Palatino, qui Guntherum elegerat, de sponsalibus cum filia Rudolphi Palatini, quae unica fuerat filia ex matre Carinthia, & duxit eam uxorem.

Hainricus Rebdorf. ad a. 1349. Rex Carolus communiter recognitus ab omnibus Principibus & Civitatibus in Alemannia Rex Rom. cum Regina uxore sua nuper ducta transit Aquisgranum, ubi secundo coronatur, & Regina secum in festo B. Iacobi.

Litera Contractus matrimonii inter Carolum IV, et Annam F. Rudolphi in Goldasti Beylagen zu den beyden Rechtl. Bedencken von der Succession in Böhmen p. 169. Wir Rudolff — Pfaltzgraf bey Rhein / und Herzog in Bayern / des H. Röm. Reichs Obrister Truchseß &c. bekennen / — daß es zwischen dem Allerdurchl. Fürsten / unserm quädigen Herrn / und lieben Sohn / Herrn Carl Röm. König — an einem / und uns an andern / umb die Freundschaft die uns beyderseits begriffen / und vollführet ist / daß er die Hochgebohrne / Annen / unsere liebe Tochter / zu einer Ehelichen Königin und Würtin genommen hat. — Der geben ist zu Bacharach nach Christi Geburt A. 1349. am den nächsten Mittwoch nach den Sonntag Invocavit.

4.) Henelius in Silesiographiæ Cap. IX. 38. Carolus, quod reliquum ille pater in Silesia fecerat, cum aliter honeste vix posset, mediante connubio confecit: eo quippe perducta, ut A. C. 1353. Bulco Suidnicensis, collocata Imperatori in matrimonium Anna, non sui, ut Peucerus, non Bernhardi, ut Hagecius et Cromerus prodiderunt, sed Henrici Jaroviensium Ducis, fratris sui filia, utrumque Principatum, in quibus tunc Suidnicum

nicium

nicium, Jarovia &c. casu mortis sponsae Augusta, ejusdemque haereditibus, quos Carolo paritura sit, si nullos ipse mares liberos reliquisset, transcriberet.

5. Hanc quartam Conjugem tribuit Carolo IV. Benessius de Weitmil, in Balbini epitomes Rer. Boh. lib. III. c. 21. p. 369. proprius Caroli IV. Historicus, et oculatus testis plurimarum rerum sub ejus imperio factarum in libris IV. Chronicorum ab A. 1283. ad A. 1374. diligentissime perscriptis, & omnium iudicio dignis publica luce.

6.) Carolus IV. Imp. in vita sua p. 95. ad annum 1334. Tempore illo misimus pro uxore nostra, quia adhuc erat in Luxemburg. Quae cum venisset, post unum annum habuit filiam primogenitam nomine Margaretham. Illis autem temporibus dederat nobis pater noster marchionatum Moravia, & eodem titulo utebatur. Et p. 99. Illa hyeme in carnisprivio tradidimus filiam nostram primogenitam, Margaretham Ludovico, primogenito Caroli, R. Vngariae.

Io. de Throwcz P. II. c. 51. p. 108. Aestimo etiam narratione forte dignum, quod praefatus Rex Ludovicus duas conjuges habuisse dignoscitur: primam videlicet praecelaram Margaretham, filiam excellentissimi Dni Karoli, tunc Marchionis Moraviae qui postmodum ad Imperium fuit sublimatus & ista sine prole defuncta est. Annum mortis ejus indicat Pistorius in Genealog. Regg. Hungariae.

7.) Hagenus in Chron. Germ. Austriac. p. 1149. Herzog Rudolf nam ain Weib Frau Kathrein / Chaiser Charles tachter / die waz ein gottfürchtige Frawe / und waz auch Mild / und süzze / und vass Gnaden / allen den / die sie sahen.

Vitus Arenpeck. in Chronic. Austriaco. p. 1245. Praefatus Rudolfus Dux Austriae Dnam. Katherinam, F. Dni Karoli IV. Rom. Imp. Reg. Boh. habuit consortem, & sine liberis decessit in Mediolano A. 1365. Vienna sepultus

Hainricus Rebdorf. ad a. 1358 Dux Rudolphus Alberti
K 2 sen.

sen. F. qui Caroli Imp. filiam duxerat, regnavit pro patre in Austria

8. & 9.) De his pueris regiis ex Beneficio testatur Balbinus i. c. Lib. III. c. 21. p. 360.

Albertus Argentinens. p. 155. ad A. 1351. Natus est autem iis diebus Carolo Regi in Bohemia, ex nova uxore filia Rudolphi D. Bavariae, filius Wenceslaus ex proavo nominatus.

10.) Hainricus Rebdorf. ad A. 1361. In principio mensis Martii Imperatrix in Nurenberg filium masculum genuit, de quo Imperator letitiam habuit non modicam, et eundem baptizandum solenniter reservavit per unum mensem & amplius. Nam ad baptismum ipsius invocat solennem curiam in Nurnberg, & electores imperii quasi omnes, & hic filius baptizatus est Dominica, qua cantatur Misericordia Domini, qua tunc fuit III. Id. April. in Parochia St. Sewaldi in Nurnberg, Babenbergensis diocesis, & levatus de fonte per Archiepiscopos, Moguntinensem, Colonensem, Pragensem, & per Episcopos VI. & V. Abbates, et nomen ejus Wenczelus appellatum, & duravit haec curia cum magno gaudio per VIII. dies. -- Post haec Imperator disponit habitare limina B. Virginis Aquisgrani, sed deliberat mittere offeritorium pro filio suo nato. Unde jubet filium ponderare in statera cum auro, qui ponderavit XVI. marcas auri, quas mittit Aquisgranum.

Chronicon Norimbergense p. 153. A. 1361. Als K. Carl noch zu Nurnberg war / ward ihm am St. Gertrauten Tag von Anna / seiner dritten Gemahlin / einer Herzogin von Schweidnitz / ein Sohn geboren / der lag 5 1/2 Wochen ungetauft / bis die Chur-Fürsten dahin kamen. Wurde nachmals unter einem galdnen Himmel in S. Sebalds Kirch zur Tauff begleitet und Wenceslaus genannt / pferchet unter der Tauff ins Tauff-Wasser / und als man dasselbe Wasser gewärmet in S. Sebalds Pfarrhoff / ist derselbe angangen und abgebrandt. Ist geschehen am Sonntag Misericord. Domini. Es war eine
gemeine

gemeine Sage unter der Burgerſchaft / die Kayſerin hätte eine Tochter gebohren / und mit eines Schuſter Sohn / der Stengle genannt / deſſen Weib dieſelbe Nacht niderkommen / ver-
tauſcht.

Andr. Presbyter p. 97. A. D. 1419. *Wenceslaus Rex Bohe-
mia, quondam Rom. Rex, sine heredibus moritur.*

Balbinus l. c. lib. IV. c. 5. p. 432. ex libris MSSis: *Wences-
laus Rex, audita Pragenſi tragædia in arce ſua Nova, prope pa-
gum Cunradicz, d. 16. Auguſti A. 1419. ex furore, quem conce-
perat, apoplexia & ſideratione contactus, moritur, vixit annis
LVIII, ex duplici conjugio nulla prole relicta, imo in eo magi-
cis artibus genituram extinctam Zidek libro Chronicorum affir-
mat. Poloni tamen ſcriptores quidam filiam ei Euphemiam tri-
buunt, ſeu Offkam, quam Wladislao, Polonia Regi, despon-
ſatam fuiſſe aſſerunt. Aſt iſtud ſine dubio de Sophia Wen-
ceslai relicta vidua intelligendum eſt, & facile ex Zoffka, Offka,
id ex Sophia Euphemia fieri potuit, quod lingua noſtra Slavica
periti non negabunt.*

11.) Io. à Leidis lib. XXXI. c. 2. *Secunda filia dicta Al-
berti D. eſt Ioanna, quam in uxorem duxit A. D. 1370. Wen-
zelaus, filius Caroli Imp. Romanorum, & R. Boh. -- ſed non acce-
pit liberos de Ioanna uxore ſua.*

Balbinus l. c. lib. III. c. 31. p. 375. ex Benefſio ad A. 1369.
*inde ad Rheni partes ſe contulit Carolus, filioque Wenceslao qua-
ſivit & dedit Conjugem, ea fuit Iohanna, Alberti, Ducis Bava-
ria & C. Hollandie, filia, coronataque eſt ab Ioanne Archiep. hoc
anno in eccleſia Pragenſi. Et lib. IV. c. 1. p. 395. A. 1387. 1. Jan.
(male Hagccius annum ſequentem poſuit) Prage moritur Ioan-
na Regina prima Conjux Caſ. Wenceslai -- ſterilis ſepulta eſt
in tumulis Regum in cœnobio Aula regiendi.*

12.) Balbinus l. c. lib. IV. c. 1. p. 402. ex Weleslavii Ge-
nealogia MSSis A. 1400. 15. Martii, *Sophia ſecunda Wen-
ceslai Caſaris Conjux, Ioannis Monachiensis in Bavaria Ducis F.*

Praga summa celebritate coronatur, commendant ejus formam & venustatem oris plurimi scriptores; tradunt ei a confessionibus saceris Ioannem Huss, postea haesiarcham, fuisse, cujus ope ille in Regis ac procerum gratiam insinuavit sese. -- At Sophia post conjugis obitum Hussi regum, quo progressa esset animadvertens, totam se -- pœnitentia dedit, pieque A. 1435 - in fine Septemb. Presburgi decessit, in S. Martini ecclesia tumultata.

Andreas Presbyter in Chron. Bav. p. 39. Iohannes autem frater predictorum Principum Bavaria duxit uxorem de Goricia, ex qua genuit Ernestum & Wilhelmum, jam tenentes principatum in Monaco, & Dnam Sophiam, uxorem Wenceslai Romanorum & Bohem. Regis.

13.) Vid. Balbinus l. c. lib. III. c. 21. p. 379.

14.) Balbinus lib. III. c. 21. p. 375. A. 1368 ex Elisabeth, quarta Caroli conjugis, Sigismundus, Rex postea & Imperator nascitur; impetratum esse Regium infantem a S. Martyre, vetusti codices affirmant; Nam confestim S. Sigismundi sepulchrum auro & argento affabre contexit;

Andreas Presbyter p 60. ad. a. 1437. Sigismundus autem priusquam illa legatio Concilii Basiliensis ad eum perveniret, gravi infirmitate tentus -- a Praga recessit, & in Znayma, oppido Moravia, V. Id. Decembr. in contritione -- magna obiit, ductus que in Vngariam, & in ecclesia Bardinensi -- tumultatus.

Io. Turocius in Chr. Hung. P. III. c. 24. Sigismundus -- in Znoymam civitatem Moravia delatus A. 1337. in festo conceptionis gloriosiss. Virginis Mariae, aetatis suae septuagesimo, regnorum autem suorum, Hungaria LI; Romanorum XXVII. Bohemia XVII. Imperii vero Anno V. diem obiit, qui postmodum in Hungariam portatus, & in ecclesia Waradiensi -- traditus est sepulturae.

15.) Ioh. de Thwroc. l. c. P. II. c. 51. Ludovicus R. ex Elisabetha F. Stephani boni pranotati tres filias generavit, Catharinam, Mariam & Adugam. -- -- ipsam Mariam --
illustri

illustri principi Sigismundo, Marchioni Brandenburgeri, in puerili aetate utroque existente — matrimoniali foedere desponsavit. Agit deinde P. III. c. 1. de coronatione Reginae Mariae post obitum patris, & c. V. de ejusdem nuptiis cum Sigismundo.

Bonfinius *Rer. Vngar. Decad. III. lib. II. p. 374. ad A. 1392* *Nondum Budam Sigismundus pervenerat, quum de Reginae obitu nunciatum est: quo quidem nuncio, haud ab re consternatus est, ut quicquam tristius nunquam acceperit. — Maria, repentina quadam gravique aegritudine correpta, perbevi diem obiit.*

Eundem annum refert, & sepulturam in ecclesia Vardiensi testatur *Abr. Backschay in Chronologia de Regibus Hung. p. 921.*

16.) *Dubravius lib. XXV. Hist. Bohem. p. 209. Sigismundus mox nuptias cum Barbara, Hermanni, Giliae C. filia, cultu, ornatu, sumtu, munerumque magnificentia splendissimas celebravit; inde porro ad altiozem gradum conscendit Caesar — declaratus. Conf. Idem lib. XXVIII. p. 234. de ejus obitu, sepultura & atheismo.*

In charta Sigismundi Imp. data Passonii A. 1435. VIII. Id. Martii inter Constitutiones Regni Hungariae p. 58. *speetabili & magnifico Hermanno Ciliae & Sagoriae Comite, focero nostro carissimo &c.*

17.) *Chronicon Mellicense p. 254. A. 1422. Dux Albertus V. desponsatam sibi diu Elizabeth, filiam Elizabeth, Rom. & Hung. R. duxit uxorem.*

Vitus Arenpeck in Chron. Austriac. p. 1245. Ipse Sigismundus Rex Romanorum & Hungarorum unicam filiam suam Elizabeth huic Duci Alberto in matrimonio copulat, & pro dote filiae Marchionatum Moraviae dedit, & jure hereditario eum & posteros suos illo investivit.

Infeudatio de Ducatu Moraviae facta a Sigismundo Imp. & Alberto Austriaco & Elisabethae data in Goldasti Beylagen n. LVI. p. 275 *Wir Sigmund — Ræmischer Kayser — bekennen — Wan*

Wan vvir dem Hochgebornen Hertzogen Albrechten zu Oesterreich, unserm lieben Sohn, und der durchleuchtigen Elisabethen, Unser lieben Tochter, seiner Gemahlin und ihren Leibs-Erben unser Fürstenthum, und Marggraffschafft Mehren, — gegeben und geliehen haben. Geben zu Ofen A. 1423. am nechsten Montag nach St. Michaels Tage.

Paltramus in Chronico Austr. p. 735. A. 1442. Obiit Elizabeth Regina Vngaria, uxor Regis Alberti proxima feria quarta ante festum S. Thomae Apostoli, in Vngaria, & sepulta est in Alba Regali, & reliquit tres pueros i. e. proles.

Vitus Arenpeck in Chron. Austr. p. 1254. ipsa denique Elizabeth intoxicata, ut dicebatur per Regem Vladislavum in mactatis martaris, i. e. in pellibus martarum, A. D. 1442. fer. 4. ante S. Thomae Apostoli in Posonio moritur.

18.) Vitus Arenpeck in Chron. Austr. p. 1250. Anno D. 1439. in vigilia Apostolorum Simonis & Iudae obiit Sereniss. Princeps Albertus V. Rom. Hungar. & Bohemie R. Dux. Austria & Stiria, Marchio Moravia. Consentit Fugger lib. IV. c. 13. p. 506.

19.) Vitus Arenpeck l. c. p. 1253. Prædicta Dominæ Regina Elizabeth ex Alberto marito quatuor liberos procreavit, Georgium, qui in pueritia obiit.

P. Gans in annotat. Arboreti genealog. ad Arb. I. n. 2. f. 6. Filius secundus Alberti Imp. Gregorius, uti in cruce plumbea A. 1436. XVI. Februarii, ante patrem obiit, non infans, sed adolescens, ut ossa testantur in crypta S. Stephani juxta Albertum patrum deposita, & gladius tumbe impositus, rubigine jam fere assumtus.

20.) De nuptiis solenniter celebratis vid. Relatio in Lambecii lib. II. de Bibl. Cas. c. 8. p. 960. conf. Mullerus in Staats-Cabinet, I. See Eröffnung Cap. VII. & in Annal. Sax. ad A. 1440.

21.) Cuspi-

21.) Cuspinianus in Austria f. 643. Genuit & Albertus V. filias duas, Annam scilicet, Guilielmi Ducis Saxoniae, uxorem, & Elisabetham, Casimiri, R. Polonia, conjugem: qua scilicet fuit Filia Regis Alberti, soror R. Ladislai, mater quatuor Regum, Ioannis Alexandri, Alberti, Vladislai, Sigismundi, & Friderici Cardinalis, avia Ludovici R. Hungariae & Bohemiae, & uxor Regis. Quis mihi similem ostendet matronam, qua filia Regis, soror Regis, uxor Regis, & mater quatuor Regum, & avia Regis fuerit: at talem feminam produxit domus Austriae decantatissima, deo amabilis; & accepta.

Nuptiarum solennia A. 1454. die dominico & festo St. Scholasticae celebrata describit amplissime Dlugossus lib. XIII. p. 128.

22.) Vitus Arenpeck in Chron. Austriaco p. 1253. *Inclita indolis speciosissimus adolescens Ladislaus, Rex Hungariae, Bohemiae --- Alberti Imp. ex diva Elizabeth sua Conthorali --- posthumus, regio castro Kamaron Hungariae VIII. Kal. Martii, in die Cathedrae S. Petri ortus A. D. 1440. Eundem diem natalem refert Cuspinianus in Caes. p. 403.*

Idem Arenpeck p. 1270. *Ladislaus nobilissimus adolescens duo de viginti natus annos, intra sex & triginta horas postquam egrotari coepit, extinctus est, in die St. Clementis A. C. 1457. Mortem ejus alii morbo, alii veneno, imputavere --- Corpus defuncti in sinu proavi sui D. Caroli Rom. Imp. sepultum. Consentit Chronicon Zwetlense in anno & die.*

23.) Wolfgang Iobst in Genealogia Brandenburgica in Stemmate V: Otto Marggraf zu Brandenburg und Lausitz. --- Sein ehlich Gemahl war Anna R. Caroli IV. Tochter.

Dantur Carolo IV. plures aliae Filiae, in quas omnes nunc in fine hujus dissertationis aliis negotiis impediti inquirere non possumus. Hac de causa impraesentiarum repetimus preces Cuspiniani, quibus finit descriptionem Vitae Caroli IV. Imp, p. 582. Te obsecro, Lector, si inveneris & alios liberos, non graveris eos sub-

jungere aut subscribere. Visitur Pragæ extra ædem cathedralem meridiem versus lapis literatus, in quo inter alia hæc leguntur: *Anno Dni 1392. in festo Pentecostes hora vesperarum positus est lapis fundamenti -- -- nec non vice & nomine Serenissimarum Principissarum, Elisabeth Rom. Imperatricis, Anna, Regina Angliæ, Margarethæ Consortis Dni Burggravii Norimbergensis, filiarum Dni Caroli Imp.* Sed, uti dictum, has investigare & illustrare testimoniis non licet.

24.) Cessio juris succedendi in regn. Boëmiæ à Sigismundo R. in Joannem D. Gœrlicensem, in Schminckii Suppl. Act. publ. ad Goldast. n. Ll. p. 325. *Sigismundus D. Gr. Rex Hungaria, Dalmatia, Croatia &c. Marchio Brandenburgensis. Quia pridem -- Dno Wenceslao -- fratri nostro charissimo -- specialiter propter singularis amoris affectum, quem ad illustriss. Principem, Dnum Joannem, Ducem Gœrlicensem, & Marchionem Lusatia, fratrem nostrum charissimum, natura quadam inclinatione tenemur. -- Datum Semphe Anno 1388. d. 3. Mens. Junii.*

De hujus Joannis Gœrlicensis vita, moribus, & uxoribus luculenter ex variis fide dignis monumentis egit Manlius in *Comment. Rer. Lusat. lib. VI. c. 34. T. I. Script. Lusat. p. 227.*

25.) Io. à Leidis in *Chronic. Belgic. lib. XXXII, c. 5. p. 326.* *Antonius secundo genitus Philippi Audacis Ducis Burgondia -- -- Dux Brabantia duxit in uxorem Ioannam filiam Walravii Comitis St. Pauli. -- -- -- Ista autem uxore defuncta -- accepit in uxorem Elisabetham, filiam Ioannis Ducis de Gorkecet, ejus Ioannis Ducis fratres fuerunt Wenzelaus Rex Romanorum & Bohemia, Sigismundus Rex Vngarie -- -- Et quia Ioan. Dux de Gorliecet pater ejusd. Elizabeth jam abierat, ideo Wenzelaus Rex Rom. -- & Sigismundus R. Vngarie, FF. ejusd. Ducis, tradiderunt pranominatam Elizabeth, neptem suam, predicto Antonio Duci Brabantia in uxorem, donantes eidem pro dote Ducatum Luxemburgia & Comitatum de Exin, & Alsatia,*
tabi

tali tamen conditione, ut predicta maneat eis perpetua, si proles simul procrearent, & in casu quo non, quod tunc predicti Comitatus & Ducatus redirent ad regnum Bohemia.

Et lib. XXXII. c. 20. p. 343. A. D. 1415 -- apud Blangy -- inter Francigenas & Anglos commissum est praelium in festo SS. Crispini & Crispiniani, et ceciderunt ibidem ex parte Regis Francia interfecti gladio Principes in maxima multitudine, de quibus hi fuerunt principales, utpote Antonius Dux Lotharingia, Brabantia & Limburgia -- -- Et c. 21. Occiso igitur Antonio D. in predicto praelio, corpus ejusdem Ducis ad Brabantiam deducitur & sepelitur in Vueren. --

26.) Io. à Leidis in Chronic. Belgic. lib. XXXII. c. 5. p. 327. Hanc Elizabeth postmodum duxit in uxorem Dux Ioann. de Bavaria, tutor Hollandia, et c. 21. p. 343. Occiso Antonio D. in predicto praelio -- Elizabeth Ducissa Luxemburgia, secunda uxor Antonii D. ejusdem, sine prole existens rediit Luxemburgiam, qua postmodum in maritum assumpsit Ducem Ioannem de Bavaria, fratrem Wilhelmi Ducis, Comitisque Hannonia & Hollandia.

Andreas Presbyter p. 41. Dux Iohannes electus Leodiensium -- cedens electioni suae in jam dicta -- ecclesia -- spe proles Dominam Elizabeth, F. Iohannis Ducis Lusatia -- qui fuit frater Sigismundi R. Rom. -- in uxorem duxit.

Suffridus Petrus in gestis Leod. Episcop. T. III. f. 90. Postquam multis verbis exposuerat matrimonium Iohannis de Bavaria cum Elisabetha D. Lutsemburgensi, relicto Episcopatu Leodiensi, quem continuis XX. annis jam administraverat, dicit eundem improvisa admodum morte post sex annos pridie trium Regum absutum fuisse A. 1424.

27.) Io. a Leidis lib. XXXII. c. 5. p. 327. Ista Elizabeth concepit ex Antonio D. Brabantia, & genuit filium Wilhelmum nomine, quem ex fonte levaverunt Bruxella in ecclesia St. Gudila Dux Wilhelmus de Bavaria, Comes Hannonia & Hollan-

Hollandia, & frater ejus Dux Ioannes, electus Leodiensis. Sed idem Wilhelmus juvenis obiit sepultus sub tumba Ioanna Ducissa Brabantia ap. Bruxellam in monasterio fratrum Ord. B. Mariae Virg. de monte Carmeli.

EXPLICIT FELICITER
GENEALOGIA
FAMILIAE AVGVSTAE LVCEMBVRGBENSIS.

COROLLARIA.

- I. *Henricus sanctus audit quidem vulgo Pater monachorum, meretur tamen etiam elogium Patris exercituum.*
- II. *Inter Henricum S. & Kunigundam non omni tempore fuit virgineum conjugium.*
- III. *Globi imperialis inter insignia Imperialia Teutonica longe est antiquior usus temporibus Henrici sancti, cui talem primo Pontificem exhibuisse ex Glabro Rodulfo frustra asseritur.*
- IV. *Quaternaria procerum & ordinum Imperii distributio destituitur fundamento historico.*
- V. *Intoxicatum Henricum VII. Imp. in sacra caena fuisse, certissimum est.*
- VI. *Karolus IV. merito a Maximiliano I. Vitricus Imperii dictus est, quia etiam in sanctionis de eligendis & coronandis Regibus Rom. ab aurea bulla denominata promulgatione magis ad privatam, quam publicam utilitatem respexit.*
- VII. *Wenceslaus Imperator inter eruditos Principes est referendus, veluti Saul inter Prophetas.*



colle. Diss. A. 63, Misc. 31 B